

De

De

De

De

De



In Dec. Disputa-
tionum

Seriem ^{Juxta} Alphabeticam:

A.

- De Alimentis - - - 17.
- Antinomijis - - - 40.
- Antipathia Nationum 38.
- Austereis - - - 39.
- Authori-tate Prudentum 30.
- Actionum materia. 41.

B.

De Beneficio insolat. - 21.

C.

- De Civili prudentia - 43.
- Citatione ad Reorum p[ro]f. 8.
- Codicis Historia - - - 30.
- Compensatione - - - 14.
- Confusione - - - 8.
- Contractib[us] Usurarijs - 16.

De Defensione - - - 25.

E.

F.

- De Falso - - - 27.
- Fidei commissis - - 19.

G.

H.

Hannemanni Assertio Respon-
contra Matr. cum def.
Uxor. Sor. - - - 42.

I.

- De Jure Soti - - - 12.
- Jure Sepultura - - - 13.
- Jurib[us] transitorijs - 22.
- ad Successorem,
- Jure Fundinarum - - 29.
- Jurib[us] Serenissimae } 34.
- Dom[us] Saxonicae.
- Jure Regali Insignium } 35.
- Gentiliciorum . - - }
- Judicib[us] - - - 1.

K.

De literarum Obligat. 20.
Legum Obligatione. 10.

De Mutuis Petition. 6.
Materia Actionū. 41.
Matrimonio sororis uxoris
defunctae. 42.
De Notorio. 11.
Natura et Effent. Poss. 24.
Nobilit. Germ. 36.

De Obligatione legem. 10.

De Praestatione Evict. 15.
Preventionem. 4.
Praefectura Urbicaria. 33.
Provocatione ad
litem. 3.
Possessione stuckij. 24.

De Reconventionem. 4.
Retentionem. 9.

De Singulari Fratrum Jure. 7.
Statib. Imp. Exemptis. 32.
Statu Germ. Nation. 37.
in hodierno Imp. Romani
Statu Geminecia. 37.

De Testamentis. 18.
Thesiz Nat. Action. 41.

De Vindicta et Defens. 25.
Vectigali a Vectore
defraudato. 28.

X.

Y.

Z.

INDEX DISPUTAT.

7.
32
—
ari
37.

18.
71

25.
re
28.

1. De iudiciis.
2. Citatione ad iudicium: Procul.
3. Proclamatione ad iudicium.
4. Interventione.
5. Reconventione.
6. mutua Petitione.
7. singulari iudicium iure.
8. Confessione.
9. Reformatione.
10. Obligatione Legum.
11. Notario.
12. iure soli.
13. iure sepulture.
14. Compensatione.
15. Inestimatione Exactionis.
16. Contractibus iuramentis.
17. Alimentis.
18. Testamentis.
19. Fideicommissis.
20. literarum Obligatione.
21. Beneficio datione: in solut.
22. iuribus transitoris ad successorem.
23. Prioritate successus Legitim.
24. Naturam et Essentiam: Profess.
25. Vindicta et Defensione.

26. De Quæstionibus.
27. Falso.
28. Redigali a Vestro re defraud.
29. Iure Mundino ⁱⁿ ^{re} ^{ab}.
30. Auctoritate prudentum.
31. Aristoteles.
32. Statibus Imperii Electis.
33. Prefectura Urbicaria.
34. Paribus Germani; Romæ Saxon.
35. Infirmitatem Gentilium.
36. Nobilitate Germani.
37. Statu Germani: Nat: in hoc die mo iure.
38. Antiquitate Nationum.
39. Codicis Historia.
40. Antinomis.
41. Theses & Materie Actionum.
42. Hardekranni Hesperis de quousi contra naturam: cum defuncta uxoris sorore etc.
43. Civilis iurisdictione Curiam.

[Handwritten signature or initials]





T.

Psalm. 98. v. 10



1765. 45. v. 4

Apud. G. V. 16. et 17.

Portio mea IEROVAH!



Alty ad vitam aeternam,

ISIDORUS.
 Quia hoc in saeculo bene imperat,
 sine fine in perpetuum regnat,
 et de gloria evanescentis
 huius mundi gloriam ad
 aeternam transmeat.

Den. 12.

EVIGILABUNT,

J. Winter von Sculpsit Hamb.

Uti ego vixi, ita iudicor, ita emorior!



Alty ad Opprobrium!

M. 1. 11



UNIVERSITÄT
MAGDEBURG
BIBLIOTHEK



Disputatio Juridica Inauguralis, *B. 138.*
DE
JUDICIBUS *76.*
EORUMQ; REQUISITIS
AC OFFICIIS,

QUAM
Diribitore Judice Æterno ac Generali,

SUFFRAGANTE
Magnifico Jctorum Ordine,
P R Æ S I D E

Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo VIRO,

DN. JOANNE POMERESCH,

J. U. D. celeberrimo, & Prof. Pandect. Ordinario,

Facultatis Spectabili h. t. Decano, Promotore atque Patro-
no suo omni observantia cultu jugiter

devenerando,

In florentissimâ Regiâ hâc Gryphorum Universitate

PRO

consequendis Summis utroq; in Jure

Honoribus, privilegiis & immunitatibus,

publicè & solemniter,

in Curiâ 22. Decembr. Anno 1659. ventilandam proposuit

MARTINUS Herzog/ Lipsiâ-Misnicus.

ISIDORUS.

*Qui hoc in seculo benè imperat, sine fine in perpetuum regnat, & de
gloriâ evanescentis hujus mundi gloriam ad æternam transmeat.*

GRYPHISWALDI,

Typis Matthæi Doischeri Uniyers. Typographi.

Disputatio Juris Inauguralis

JUDICII
FORUM

Disputatio Juris Inauguralis

DE JURE



Symb.
FORTITER TAMEN ET CONSTANTER.

W Er liebt nicht die Bücher, Kunst? *

Dieses ist mein Trost auff Erden /
Es wird alles besser werden

Endlich durch des Himmels Gunst.

Zagen muß kein Helden-Hertz /
feige Leute frisst der Schmerz.

Wolt ein Schiffman auff der See /
wann er Eoln höret brausen

und durchgrimt sein Schiff zerzausen /
stracks für Noht / Angst / Furcht und Weh
sincken lassen seine Hand /

raubten ihn bald Griesß und Sand;

Drüm habt Ihr es wol gemacht /

Wehrter / daß Ihr spat und frühe /
durch so viel Gefahr und Mühe
habt errungen diesen Pracht.

Muhtig seyn und recht gethan
bricht durch Neid und Todt die Bahn!

Zu Tübingen sagte dieses uff besche-
henes begehren wolmei-
nend auff

Johann George / Graff
und Herr zu Mansfeld.

*
Marc. Paling.
Non igitur ge-
nus est, nō no-
men, non sta-
tuarum muta-
rum series, nō
auri copia, quæ
Te nobilitet;
Virtus, Virtus,
hæc nobilis He-
ctor. Et tunc,
ut Claudiani
ad Honorium
verba hîc ap-
plicem, verè
Princeps eris,
quando pote-
ris Princeps ef-
se tui, &c.

IN
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
DE
JUDICIBUS JUDICIIQVE ORDINE,
REVERENDISSIMO CELSIS-SIMOQVE PRINCIPI
AC DOMINO,

DN. AUGUSTO,
ADMINISTRATORI ARCHIEPISCO-
patus Magdeburgensis Postulato Germaniæque Primati,
Duci Saxoniae, Juliae, Cliviae & Montium, Landgravio Thuringiae, Mar-
chioni Misniae ac Utriusque Lusatiae, Comiti Marcae & Ra-
venspurgi, Dynastæ in Ravenstein, &c.


A
PRÆCELLENTI ET CONSULTISSIMO
VIRO,

DN. MARTINO HERZOGEN/
LIPSIA-MISNICO, IN ACADEMIA GRYPHIS-
WALDENSI EX DECRETO JCTRUM ORDINIS
XXIX. XBRIS. ANNO M. DC. LIX. PROXIME AN-
TE COLLATOS SUMMOS UTROq; IN JURE
HONORES HABITAM.

Judicio AUGUSTI Te sistis, Dignior usquam
Princeps, Europâ *judice*, nullus erat!

SANCTISSIMI ET EMENDATISSI-
MI PRINCIPIS INCLYTO, ET PER ORBEM
OB TOT TANTASq; SEculo MAJORES VIR-
TUTES SPARSO AC VENERAN-
DO NOMINI

HANC DEVOTIONIS HUMILLIMÆ TABU-
LAM L. Mq; SACRAVIT
JOANNES POMERESCH,
D. & ANTECESSOR.



REVERENDISSIMO CELSISSIMOQ;
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. AUGUSTO,
ADMINISTRATORI ARCHI-
EPISCOPATUS MAGDEBURGENSIS
POSTULATO GERMANIÆQ; PRIMATI,
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET
MONTIUM, LANDGRAVIO THURIN-
GIÆ, MARCHIONI MISNIÆ AC UTRI-
USQUE LUSATIÆ, COMITI MARCÆ
ET RAVENSPURGI, DYNASTÆ
IN RAVENSTEIN,
&c. &c.

ASSERTORI PIETATIS, VIR-
TUTUMQ; INCOMPARABILI,
PRINCIPI AC DOMINO SUO,
JUSTITIÆ FAMA FLORENTIS-
SIMO, CLEMENTIS-
SIMO.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

DN. AUGUSTO

ADMINISTRATORI ARCHIEPISCOPO PATER MAGDEBURGENSIS
DUCI SAXONIAE PRAESIDI
MONTIUM, LANGRAVIO THURINGiae
GISEMARENSI MARCHI AC THURINGiae
COMITI WARTENBURGENSI
DYNASTAE
STIRIENSI



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



Salutem omnigenam!
perennem!



PER QUAM DIGNA SA-
nè memoratu Regia illa verba sunt,
Reverendissime, Celsissimeq;
Princeps ac Domine, quæ Chri-
stianissimus Gallia quondam Rex
HENRICUS III. alio nomine Va-
lesius dictus, in Comitibus Bloisensibus
pronunciâsse traditur, quòd pii nem-
pe Principis constantia animiq; magni-
tudo nullâ aliâ in re melius, quàm si is omnia sua studia, Acta
& Facta, immò totum bocce vitæ suæ curriculum Legibus ac san-
ctionibus sacratissimis consonare regulariter faciat, sentiri pos-
sit. Ille siquidem Princeps non Princeps est, sed Tyrannus di-
cendus, qui nature Leges ac Justitiæ limites petulanter trans-
greditur; cum non Princeps, sed ratio regnare debeat. Ju-
dicia nisi enim rectè procedant & Justitia administratur æquabi-
liter, Pax & Concordia, sub quarum umbrâ res etiam parvæ non
decrepant, conservari minimè poterunt.

Vid. Sleid.
lib. 7.

Contemplanti jam mihi, cui in extremo bocce seculi ago-
ne, & ubi Mundus canus & anbelus rogam suam quasi spectat,
tota vitæ nostræ ratio similis æstimanda sit, non incongruè præ-
paratio ea esse ad Disceptationem illam juridicalem extremam,
quam in novissimis rerum humanarum Comitibus Judex ille
judicum Generalissimus, Justus ac Æternus DEUS, in optimam
spem justorum justè instituet, videtur. Unde non ineptè fa-
cturum me puto, si materiam hanc de JUDICIBUS, utili-
tate quippe copiâq; abundantissimam, studiorum politicorum
citò desistorum gratiâ cogitabundus tempori accommodem.

Abesch.
zu Augsp.
de Anno
1530. S. wei-
ter nach
den Chur-
fürsten 2c.
ibi: damit
dañ im H.
Röm. Rei-
che Ge-
rechtigkeit
und das
Recht. 2c.

X Quem-

Quemadmodum enim is, qui sub claustris vinculisq; praefereatis ad questionem asseruatur, in eo totus est, ut meditetur, iudicet quid respondeat, ceterarum rerum ferè incurius; Sic quomodo ad Tribunal aduentantis DEI Filii, cunctos mortalium ad causas de ÆTERNITATE dicendam mox citaturi, tuti & erecti praefixo in termino peremptorio consistamus, decentior dubio procul cura reddet nos sollicitos; **MORIENDUM** siquidem, **TRANSEUNDUM**, **COMPARENDUM**.

Perpendit, Reverendissime Augustissimeq; Princeps, aliquis terrigenum Reverendiss. Tua Celsitudinis mores, vitam ac statum, illicè manibus pedibusq; meam in sententiam ire, atque ullà absque adulatione fateri non abnuit, mores non solum ac vitam, sed & statum ipsissimum monito potentissimè supra memorati Galliarum Regis optimè imitando comparari, ut ita Regis Artaxerxis filii interrogatione nullatenus hic opus sit, qui, cum cupide aliquando suo ex parente audire vellet, quâ ratione sceptrum Regni tam diu bonis a vibus rexisset, plus quàm paternè ac regiè Rex, cui Virtus nomen aeternitatis annalibus inscripto ad laudabilis sui filii interrogata laudabiliter, **JUSTA FACIENDO**, respondit, optimè recordatus, Justitiam fontem esse Paradysi, quo sine arescere terram necesse est. Hac, hac enim arbor extat fortissima atque pulcherrima, sub cujus ramis omnes gentes placidè requiescunt, quam vidit Nabuchodonosor, & oblitus ejus, quod esse debuit, excisus est. Quis nostrum non videt, **Æliani Hadriani Caesaris symbolum, NON MIHI, SED**

Cassiod. quid est, & Principem magis praedicet, quàm quietus populus, concors Senatus & tota Resp. momentum honore. state pita?

POPULO, optimo titulo ac jure unà cum elogio subsequenti Poëtico Reverendiss. T. Celsitudinem sibi met etiam vindicare. & Nosse DEUM, novisse suos, & iusta tueri,

Magnif. Burchardus Berlich. Disc. VI. memb. 14. de iustit.

Illa patri patriæ robur & arma ferunt. Pereuntibus enim subditis, ut ipse perdatur Dominus, consequens ut plurimum est. Et certè secundum justitiam illi Principis & Magistratus demum merentur ac tuentur nomen, qui patriam, quam accepere stramineam lateritiam, quam lateritiam

mas-

*marmoream, quam marmoream argenteam seu auream postea
 vis relinquunt, & tuguriola in pagos, pagos in vicos, vicos in op-
 pida, oppida in urbes, urbes in Principatus & Regna convertunt.
 Ei siquidem fortuna multum obesse non potest, qui firmitus in
 virtute, quam in casu praesidium collocavit, exemplo Alphonsi,
 Regis Arragonum, qui mirantibus ipsius securitatem sine
 satellite ambulantis respondit, securum se esse INNOCENTIA,
 cui omnia Elementa, Ignis, Aqua, Terra & Lux ipsa, quoniam
 conscientia lux est, famulantur. Magnum namque in peri-
 culis praesidium ex Seneca mente innocentia habetur. Omnes
 aulae & aedes lacrimis resperse & sudore madentes vel infelici-
 ter inhabitantur, vel subito extirpantur. Et atrum revera sor-
 didumque aestimatur aurum, quod ex lacrymis subditorum oritur.
 Non in super aureum est sceptrum, quod regnum servat, sed sub-
 ditorum amor sceptrum est securum. Hinc & Mahomet, ut
 historia habent, in agone ad amicum quendam conquestus est,
 quod semet tributum contra justitiam exegerit. Et Nero opta-
 vit, ut se moriente terra conflagraret, ne posteritas sua scelera
 suamque injustitiam loqueretur. Ideo consilio Tiberii Constantini
 Imperatoris, Mauritio genero suo imperium Graco-Romanum
 tradentis, obsequenter parendum, dum inquit: Hoc Imperio,
 hoc Regno tam diu felix uteris, quoad aequitatis justitiaeque trami-
 tes rite observaveris. Hinc Ulpius Trajanus Caesar dicere soli-
 tus est, Principem erga subditos talem esse debere, qualem erga
 semet esse velit ipsum populum. Sic Philippus Macedonum Rex
 pari ratione dixisse perhibetur, se malle diu benignum, quam
 brevi tempore Dominum appellari, significans metum, qui ex vi
 oritur, malum diuturnitatis evadere custodem.*

*Quoniam ergo nobile Principis officium est a suis injuriam
 repellere, fiducia tali fretus, praesentes hasce Diss. mea Inaugu-
 ralis pagellas, Ajacis scuto contra maligni tidoris dentes clemen-
 tissime protegendas, Reverendiss. T. Celsitudini devotissime as-
 scribe.*

Optime
 certe Prin-
 cipiscens,
 contractis
 impensis,
 augetur

antea alle-
 gatus Berl.
 Disc. 13.
 memb. 18.
 de justit.

Acerbum
 tributum
 subditos ad
 rebellionem
 & seditio-
 nem movet
 Tacit. An-
 nal. 3. 4. &
 13. Crantz.
 lib. 4. Vand.
 c. 6. & 25.
 lib. 3. me-
 trop. c. 31.
 Exactores
 ergo, quo-
 modo se
 habere de-
 beant, vi-
 dere licet
 apud Ruin.
 conf. 116.
 n. 5. vol. 4.
 Alth. c. 8.
 pol. p. 870

*scribere & consecrare humillimo manus cum amplexu humiliter
ausus sum, apprecans cordiciter Reverendiss. T. Celsitudini me-
dio vite illius in tramite felicitatē Julii Caesaris, magnanimitatem
ejusdem & memoriam. Nihil enim, Cicerone teste, prater ini-
micitias, oblivisci solebat! Trajani, qui pollicens dixisse fertur,
ita se Rempubl. gesturum, ut sciret, rem populi, non suam esse,
seu Agesilai justitiam! Et ad faciendum judicium in subditis
beneq; regendum Salomonis sapientiam! Theodosii pietatem!
Alexandri Severi integritatem & fortitudinem! Octaviani Au-
gusti temperantiam! Numa Pompilii religionis zelum & fidem!
imò, quicquid in priscorum Imperatoribus, Regibus Principibusq;
insigne fuisse traditur! Quod reliquum est, Reverendissima
T. Celsitudo Nestoris annos ex asse transcendat, & tam hic, quam
illic olim in portu aternitatis beatissimo fruges operum fideliter
prestitorum dignissimas metat atque largissimas!*

*Vivat! Vivat! Vivat ex virtute ac DEO, ut Aeternitati
vivat! ceu iterum iterumq; cum Irene Augustâ devotissimè pre-
catur*

Reverendiss. T. Celsitudinis

Subjectissimus fidelissimusq;
Cliens ac Servus

Scribebam in Academia Gryphisvald,
Idibus Decembr. Anni Chri-
stiani clo Ioc LIX.

MARTINUS Herzog.

DUCE ET AUSPICE CHRISTO!

PROOEMIUM.

SI MATERIA ADVOCATORUM,
(quâ de antea in Almâ Treboccorum
Universitate sub umbone Viri Illu-
stris, DN. D. TABOR, f. Et nostro hoc-
ce seculo famigerabilis & consum-
mati, disceptationem quandam pu-
blicè exhibui,) vel ulla alia civili in jure Nobilis
nuncupatur, multò magis hæc presentissima, quæ
longè nobilior ac arduior omnibus cæteris extat, atq;
à Dd. communiter uno quasi ore materia materia-
rum, rerum universarum confluxus, ceu in mare,
palmeq; præreptionis ac antiquitatis ergo, appelli-
tatur, Nobilitatis gaudere titulo poterit. Utilitas
enim ac fertilitas hujus talis & tanta certè inveni-
tur, ut ullius præconii attributione neutiquam in-
digeat, nedum verbis pro dignitate ornari possit.
Indeq; à D. Robert. Maranta in proœm. Spec. sui
aurei n. 21. iudicium lapis totius legalis doctrine an-
gularis vocatur, quòd summo illud ordine regi de-
beat. Illibatò tamen interim verum manet, non vi-
ribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum res
magnas geri, sed consilio, & autoritate, & sententiâ.
Et quamvis omnibus numeris absolutum opus edere,
& quod nullius reprehensionem incurrere possit, non
humane operæ, sed divine potentie ac sapientie sit;
A Esse

*Esse tamen ulterioribus absq̄ ambagibus in supra dicti nomine jactum fundamentum; Quandoquidem ex ipsissimi Sacratissimi Imperatoris Justiniani effato res magnæ favore cœlesti perficiuntur, pro-
cem. Inst. inq̄ Nomine DOMINI nostri JESU CHRISTI ad omnia consilia omnesq̄ actus semper progredien-
dum est. l. 2. C. pr. de off. præf. præt. Afr. universa siquidem bene tunc geruntur & competenter, si rei principium fiat decens & amabile DEO. Nov. 6. in fin. pr.*

THESIS I.

Virtutes vocabulorum, ne quis in tractandâ vel cognoscendâ re decipiatur, ignorandę non sunt, *Rutg. Ruland. lib. 1. cap. 2. de commiss. n. 1.* Intellectis n. vocabulis eorumq̄; qualitatibus ac virtutibus tantò felicius ipsam rem (nomina quippe rebus dantur, *Bonus Bonius in præf. ad art. de acqu. possess. n. 5.* Et nomen est consequens rei, *S. est etiam aliud. Instit. de Donat.*) intelligere, & intellectam facilius determinare possumus. Traditum n. extat, prius oportere quem terminos quæstionis intelligere, quàm determinare, *argum. l. Domitius. ff. de Testam. Angel. perusin. consil. 100. n. 1.* vel priorem quidem verborum, at potiorem rerum rationem haberi oportet. Unde dicitur Etymologiam verbi veritatem notificare, *Claud. Cantium. in top. fol. mibi 8. & Bald. in c. 1. §. sed si quis de contro. in usib. Feud. dicit;* Etymologiam esse resolutionem vocis, propriumq̄; effectum verbi. Et, quanquam pauca de nomine, monente Senecâ, multa de re dicenda sint; maxima tamen vis à vocabulis pendet, ita, ut argumenta, etiam ab Etymologiâ vocabulorum sumi possint, *l. 1. ff. de justit. & jur. l. 1. ff. de pact. l. 2. §. appellare. ff. si cert. pet. l. 3. ff. de*

ff. de testam. l. 1. ff. de adgr. possess. Etymologia seu Homonymia namq; est, quæ verbis, teste Everhardo, proprium significatum dat, (quando videl. definitio non repugnat) & secundum Baldum vocem in sensum resolvit genuinum. Hocq; Cæpolla *ad tit. de verb. signif.* dicens, omnem scientiam, omnem disciplinam incipere debere à cognitione verborum, cum ex cognitione nominis deveniamus ad cognitionem rerum; ac Corasius *ad l. 1. ff. de just. & jur.* hanc esse disciplinæ rationem atq; ordinem, ut à scientiâ verborum initium faciamus, utpote, quæ rei propositæ vim demonstrat, ab omni ambiguitate liberet, ac rem non mediocriter illustret. Hinc à Cic. Etymologia veriloquium nominatur; plura apud Aristot. *lib. 1. Elench. & lib. 2. phys. text. 57. ut & lib. 5. phys. text. 70,* legi ac pro lubitu investigari possunt.

II. Derivatur ergo vocabulum Judex, ceu subsequitur, secundum Clarissimum Corvin. *in fonte suo p. m. 445.* ubi cum Hotomanno ponit: Judex est à Jus & ab inusitato Nominativo dex, de quo p. 260. ait: Dex, dicis, qui adhuc superest in Judex, Index, Vindex, quemadmodum Es, itis, in Comes, Mes in trames, Ses fidis in Præses, &c. Cujus Genitivus Dicis adhuc in usu est, ut: Dicis gratiâ, h. e. saltem, ut dici possit, *daß man nur sagen könne / man habe etwas gethan / wenn es gleich in effectu nicht gewesen were /* planissimè Cic. *Verr. 6.* ubi quum Verri objecisset, quòd uno impetu ostiatim totum oppidum compilârit, subjicit: Attramen, ut posset dicere, se emissee Artagatho (gutbrod) imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, numerorum dicis causâ daret, *damit er hernach zu Rom drauff reden könne / er hätte ihnen etwas geben lassen.* Atque sic est idem, q. jus dicens, sive, quòd jure disceptet, i. e. judicet. Cum quo convenit Græcum *δικασις*, à verbo *δικάζω*, quod à *δίκη* justitia, judicium, vel judicialis actio, & *δικαιον*, jus

& iustū, quæ derivationis ratio ipsimet etiam Philosopho displicere nequit: *Etib. l. 5. c. 7.* ita namq; ait: τὸ δίκαιον εἶναι, εἶναι ἐστὶν δίκαιον: ὁ δὲ δικαστὴς βέλτερον εἶναι ὅτιον δίκαιον ἢ μισυχον, h. e. Ad Judicem, seu ad Justitiæ Antistitem ire, est ire ad ipsum jus; Quippe cūm Judex nihil aliud sit, quàm jus quoddam animatum sive lex animata. Et ipse Varro etiam *lib. 4. deling. lat.* Judicem à dico ducit, quòd jus dicat acceptā potestare, i. e. quibusdam verbis dicendo finiat. judicare quomodò distet à jus dicere, elegantè *Franc. Duar. disp. lib. 1. c. 53.* ostendit. *vid. tit. C. Ne quis in suā caus. jud. vel jus sibi dic.* Hujus rei enim argumentum est, quod, licet suis nemo jus dicere possit, in eorum tamē causa judex esse potest. *l. qui Jurisdictioni. 10. ff. de Jurisd. l. in privatis. 77. ff. de judic.* proinde sententiam suam non exequitur, sed Magistratus, qui eam dedit. *l. à Divo pio. 15. ff. de re judic.* Hebraicè **דן** judicans, ex quo nonnulli Germanicum vocabulum **Schuffe** (quo per contemptum & abusivè Nobilem denotare solent) originem suam traxisse suspicantur. Quæ derivatio aut potius allusio, si proba judicetur, nobilitatis splendorem neutiquam immittit, sed auget potius, prout *Schönborn de ordine Equestri & Nobilitate lib. 3. c. 30.* rectè negat, judicandi munus ullam Nobilitati maculam inurere. Nam, quæ major potest esse gloria, quàm præesse judiciis, per quæ societas hominum conservatur? De Judicibus Romanorum, quomodo ex Equitibus electi, & Judices dicti Equites, ac Equites Judicum Seminarium fuerint, luculenter *Petr. Gregor. Tholos. in Syntag. juris. l. 47. c. 23. & 24.* tradit & exponit. Nihilominus tamen illi à contentionum suspitione liberandi non sunt, qui hujusmodi vocis originem spectantes Nobili cuiquam hâc voculâ illudere satagunt. Verba namq; valent, ut nummi, indeq; ex illorum vocabulorum usu jam apud nos vigente judicandum est. Teste n. *Venusino Poëtâ de art. Poët.*

Multa

Multa renascentur, quæ jam cecidère, cadentq;
Quæ nunc sunt in honore, vocabula, si volet usus
Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.

Sic latro militem, ceu videre licet ex his apud Plaut. in
Milit. Glor. Act. 1. Nam Rex Seleucus me opere oravit maximo,
ut sibi latrones cogere & conscriberem, Tyrannus Regem
significabat, quibus tamen nominibus *l. c.* ætate nullus se,
si modò se suosq; justâ debitaq; cum justitiæ laude tuea-
tur, insigniri patietur: Vita & fama n. pari passu ambulant.

III. Antequam nos ad definitionem, quæ ordinariè
ex judicio *Cantiunc. in loco à definitione. fol. 22.* etymologiam
sequi debet, gressum faciamus, non immeritò vocabuli
judicis disquirimus Homonymiam, quæ non solùm à
quolibet sanæ mentis ilicò conceditur, sed & iterum, (ut
Tropicam illam significationem, quâ DEUS Æternus &
Immensus Judex appellatur, & in sacris Literis *Gen 18, 25.*
Judex universi terrarum orbis audit, hîc mittamus & fo-
ro Theologico relinquamus,) distingvendo sumitur vel
tropicè vel propriè, & quidem tropicè, vel per Metony-
miam, vel per Metaphoram. Tropica alia significatio
per Metonymiam est ea, quando judex pro normâ judi-
ciariâ, vel, secundùm quam judicatur, usurpatur, & hæc
apud Theologos in Disputationibus de Scriptura Sacra
usitatissima & frequentissima est. Hinc Gerhard. in *Exe-
gesi p 495.* notandum monet, quòd Scriptura Sacra sit tum
vox judicis absoluti & principalis, tum simul norma,
quam judex ministerialis & inferior unicè respicere ac ju-
xta eam judicare debet, unde quidam è nostris vocant ju-
dicem directivum, respectu ad ministerialem & inferio-
rem judicem habitò, quem dirigit & moderatur, ne in ju-
dicando à veritatis tramite aberrent. DEUS judicat
*πρώτως, ἐξουχικῶς & ἀνθεντικῶς; Scriptura Sacra κανονικῶς; Ec-
clesia διδασκαλικῶς.* Metaphorica significatio est, si vox ju-
dicis

dicis proprio suo in significato ac sensu acceptatur, ea acceptio in quotidianâ conversatione dominatur, ubi in quacunque etiam re extra forum spectatâ, sententiarum discordia suboriatur, judicem plerumq; , qui litem dirimat, legimus ac poscimus.

IV. Vocabuli iudicii Homonymiam quod attinet, illa à Dn. D. Dechero, Cod. in Electorali Brandenb. ad Viadr. Prof. publ. antehac publicâ quâdam in Disputatione sanè plus ultrâ ostensa fuit, & quidem primò, quòd à Theologis ponatur, pro iudicio divino unversali, quod erit in fine Seculi, uti totâ die cantat Ecclesia, *Marant. p. 1. n. 2.* Secundò pro condemnatione. Hinc Summus ille Gentium ac Ecclesiæ Doctor Divus Apostolus Paulus *1. Corinth. 11. v. 29.* severissimè docet, indignè manducantem ac bibentem, iudicium h. e. damnationem æternam sibi manducare & bibere. Tertiò pro præcepto vel Statuto, *Deut. 5. pr. & cap. 6. per tot.* ubi Legislatores ad populum judaicum: Hæc sunt statuta, præcepta & iudicia, quæ præcepit JEHOVAH Deus vester, ut docerem vos. Quartò juridicè, hic terminus pluribus modis consideratur: Aliquando enim denotat jurisdictionem, ut *in l. 2. & 12. ff. de iudiciis, & l. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic.* latè tamen, ratio, quia iurisdictio basis iudicii & fundamentum est. Unde iudicatum dici nequit ab eo, qui juris dicendi potestatem non habuit, *l. 1. §. fin. ff. ad Trebell. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisq; juris l. 2. in fin. ff. de pœn.* Aliquando sumitur pro Actione, & ita dicitur iudicio *Fam. Hercif. fin. regund. & comm. divid. agere §. si familia. Instit. de offic. iudicis.* Aliquando pro discretionem: pupillus enim & furiosus animi iudicio carere dicuntur, *l. 12. §. ff. de iudic. Scotan. in Exam. jurid. pag. 222.* non nunquam pro Ordine; non nunquam etiam, pro loco, *l. 13. ff. de iudiciis. cap. sicut sine iudicio 1. quest. 1. König. in proc. ad lit. de iudic. part. 1. pag. 5.* Sic & quate-

quatenus in jus vocationi opponitur, præparatoriaque
excludit, ut in l. 30. ff. de judic. vid. *Vultej ad §. 1. Instit. de A-*
ction. n. 1. & seq. Ultimò, denique denotat Actum vel Ex-
peditionem trium personarum, Judicis sc. Actoris & Rei,
de quo nobis sermo. Et ita accipitur in rubr. ff. & C. de ju-
dic. & in Rubr. Decret. b. t. vide c. forus. X. de V. S. l. 1. C. si ad-
versus rem jud. Marant. *suprà d. l. n. 3.* Johann de Arnono in pract.
c. 2. n. 3. Adeò judicii vox variè in jure usurpatur, cujus
ferè viginti tria significata se observâsse tradit Rittersh.
in Comment. ad Novell. justinian. part. 9. c. 3. n. 1. & Schard. suo
in Lexico juridico, quindecim hujus vocabuli significata e-
narrat. Duar. in pr. b. t. præterea monendum censet, judicis
officium apud Romanos tribus verbis in tria juris capita
elegantè fuisse digestum, sc. DO, DICO, ADDICO.
Aliàs enim judex dat Actionem, alium judicem, l. 3. §.
mixtum ff. de jurisd. Aliàs cognoscit de controversiis & jus
dicit. Aliàs denique addicit rerumque possessionem ab
uno ad alium transfert.

V. Et quemadmodum navis,, jactis anchoris, con-
tra procellas optimè stabilitur, sic definitionibus mens
nostra in tranquillum materiæ portum contra ancipites
opinionum fluctus cogitur. Quàm necessarium ac utile
quoq; sit, definitionem rei scire perfectam, pluribus ver-
bis haud opus; Rectè etenim definitio semet habet instar
Speculi, quo in conspicitur tota essentia alicujus rei, quam
propterea quoq; in principio Cicero præmittendam sua-
det, ut primo intuitu in sensus q. incurrat, ac rei totius es-
sentiam exhibeat. Definitio siquidem amussis proprie-
tatis & totius exactæ & methodicæ Disputationis funda-
mentum quoddam est, *Everhard loco à definit. in fin.* Et ita
brevissimè judicis personam definitio, quòd sit juris disce-
ptator, qui causas dirimendas suscipit, judicandi faculta-
tem habens. Vel: quòd sit persona publica de re foren-
si jus

si jus dicens. Vel cum Vultej. ex sua jurispr. Rom. lib. 2. c. 1. quod sit persona, quæ judicio præest, inter litigantes mediam agens, ab eo, quod jus dicat, h. e. rem controversam jure definiat, judex appellatus. Vel, judex est persona publica, à Summo Magistratu constituta, ut in causis forensibus & controversiis civilibus probè cognitis secundum LL. ritè explicatas id, quod justum, publicæ tranquillitatis conservandæ causâ, pronuntiet. Vel. secundum Rutg. Ruland. judex est velut lapis angularis, basis ac fundamentum judicii, & veluti Dux & Imperator ejusdem, tr. de Commiss. part. 1. lib. 2. c. 2. Cbil. König. cap. 3. specul. in rubr. de offic. ordinat. §. 1. 2. 3. Churfürstl. Sächß. Pr. und G. Ordn. tit. 1. pr. Gail. lib. 1. obs. 43. n. 9. Matth. Berl. p. 1. concl. 7. n. 1. & seqq. Kospbach in proc. jud. tit. 4. de judice. Principis itaque est, reipub. à Deo ipsi datæ curam gerere, simulq; ut subditi in omnibus justitiæ bono fruantur, operam dare. Nov. 161. pr. & Fridericus Imperator lib. 2. Feud. tit. 55. pr. de prohibitiâ Feudi alienat. Non enim facilè est, permanere civitatem, legibus & consuetudinibus non compositam, juxta Aristot. lib. 6. polit. quum ad salutem civium civitatumq; incolumitatem vitamq; hominum & quietam & beatam LL. præcipuè conditæ sint. Cic. 2. Rhet. & de LL.

VI. Judicia approbari, ex multis sacrosanctæ Scripturæ locis hinc inde, Exod. 18. v. 13 & seqq. cap. 22. Lev. 19. Psalm. 82. (ubi inter alia judices Dii dicuntur) Sap. 6. Syracid. 4. Deut. 1. v. 16. 17. 18. cap. 17. 19. & 25. 2. Paralip. 19. v. 6. & 7. Job. 7. v. 24. & 51. Act. 22. (ubi Summarius processus describitur,) c. 25. it. ex l. 2. ff. de orig. jur. Schneidw. ad §. omnium. tit. de Act. n. 20. Vultej. ad §. 1. Instit. de Act. & c. apparet, judicemq; dari, extra omnem dubitationis aleam est positum, cum hunc jurgia & lites in foro perpetuò clamitent. Non enim tantum singulis in rebuspubl. dari judices, sed illos etiam à necessitate exigi & ab utilitate commendari,
testis

testis est ipse Philosophus rerumq; publicarū constituen-
darum ratio, cum perpetuæ experientiae suffragio, cui
etiam Philosophus adstipulatur, dicens: *Necessarium esse, esse
aliquem, qui jus dicat ac decernat.* Siquidem ergo animam quis
ponat animalis esse partem magis, quam corpus, & civita-
rum magis talia ponendum esse partes, quam ea, quæ per-
tinent ad necessarium usum, propulsores belli videli-
cet, ac justitiæ judicariæ exhibitores ac præterea consul-
tores, quod est civilis prudentiæ opus. Similiter Rerum-
publ. ratio iudices exposcit. Cum n. ideò Resp. sit con-
stituta, ut honestas cum pace & tranquillitate publicā re-
rumq; ad hanc vitam civilem degendam affluentiam con-
servetur, ac ad salutem civitatis omnia dirigantur, prout
Cicero hunc finem sententiā egregiā illustrat, dicendo:
Ut Governatori cursus secundus, Medico salus, Impera-
tori Victoria, sic Moderatori Reip. beata civium vita pro-
posita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloriā ampla,
virtute honesta sit; Utique sine judiciis ille obtineri non
poterit. Quotidianus enim rerum usus tot res intricatas
& cum multorum detrimento & injuriā conjunctas sug-
gerit, ut iis expediendis non quis ē populo par sit, sed vi-
rum prudentem efflagitent, qui hæc dubia rerum & cau-
sarum fata dirimat. Quid namq; juvat, salutare esse Ll.
constitutas, si defensorem non habeant & sine præmio
sit earum servator, transgressor sine supplicio? Leges
quippe non habere, & secundum Ll. non vivere nihil ea
mihi distare videntur. Cui accedit tum ingeniorum di-
versitas, tum etiam malitia humana, quæ omnis honesta-
tis repagula convellere nititur. Diversitas tanta est, ut de
eâ Persius sic exclamet:

Mille hominum species & rerum discolor usus,

Velle suum cuiq; est, nec voto vivitur uno.

Hæc autem animorum discordia facilius ac felicius con-
ciliari nequit, quam iudice postulato, qui rem omnem
B sua

suâ decidat prudentiâ. Malitia verò humana, certis nisi
cohibeatur LL. in eam quandoque prorumpit audaciam,
ut ipsas etiam bestias immanitate exuperet. Hinc Au-
gustinus, homine nulla immanior fera, si sibi relinquere-
tur. Et certè nulla Reipubl. forma Judicibus carere pot-
est. Ipsi namq; benefactis honores & præmia, malefactis
ignominiam & supplicia proponentes, studia bonorum
excitant, malorum verò improbitatem coërcent: Quod,
si non esset, nulla sanè Respubl. stare atq; tueri se mo-
mentum temporis posset. An igitur de jure & vir bo-
nus, præcipuè autem Christianus vel coram iudice disce-
ptet, vel iudicis officio fungatur, de hoc fanatici Spiritus
Anabaptistæ sc. cum aliis furfuris hominibus, qui planè
omnia iudicia & magistratus damnant, & fas esse negant,
jure divino Christiano homini iudicia exercere, & de ju-
re suo in foro litigare, &c. litem nobis quidem intempe-
stivè movent; (Quibus ex parte Pontificii accedunt,
statuentes, quòd Magistratus sit status, in quo difficulter
quis salvari possit. Unde sæpè Regibus & Principibus
autores extiterunt, ut, abdicato Magistratu, cucullum
induerent inq; monasteria sese abderent.) Nos tamen
frivolas eorum opiniones & objectiones è Scr. 1. Cor. 6.
desumptas ad Theologos remittendo, pro affirmativa
stamus, nostramq; assertionem ex ipso Paulo c. 6. prædict.
probamus, illic enim monet, tenuiores homines in Eccle-
siâ esse diligendos, qui cognoscant & dijudicent fratrum
suorum causas & lites. Ita Resp. B. Luth. in locis com. Theol.
cl. 4. c. 16. n. 15. Beza in confess. cap. 5. de Eccles. art. 32. Ideò
n. iudiciorum & actionum forensium auctoritas publicè
constituta & introducta est, ut quisque per viam juris, le-
gitimis actionibus & remediis, suum jus ac sibi debitum
consequatur, & ne cuiquam jus atque fas sit, rei suæ con-
sequendæ gratiâ per vim atque injuriam aditum sibi ad-
vin-

vindictam munire, *l. nemo exterus. 9. C. de Judais & Coel. l. 13. ff. quod met. caus. gest. erit.* Si enim à Naturâ ipsâ ad honestatem & utilitatem nos impellimur, atq; penes depravatas consuetudines culpa omnis residet, utique Christiani, his obstaculis remotis, malitiam segregare & Rempubl. omni judicio forensi expeditam reddere non poterunt. Imò, qui judicia prorsus sublata cupiunt vel Rerumpubl. ideas sibi fingunt, quales hac in mundi perversitate dari nequeunt, vel abusum cum legitimo rerum usu, ceu varia jura coqvus, commiscent ac confundunt. Sufficit, quòd judiciorum origo juris naturalis sit, *per l. 1. §. 3. ff. de justit. & jur. & pr. Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Et, quòd eorum augmentum à tempore Protoplastorum Jure Gentium indies mirè creverit, leges etiam civiles Romanæ judicium magis ordinatum ac ampliatum reddiderint, ceu liquidò constat *ex l. 2. ff. de orig. jur. & alibi.*

VII. Est verò judicare & judicium justitiâq; exercere proprium Imperatoris atq; Regum manus, *c. Regnum. c. 23. q. 5.* Lite enim carere nulla pars vitæ mortalis in hoc corruptæ naturæ statu potest, unde Germanicū illud: *Keiner kan länger Friede haben / als sein Nachbar wil / Petr. Greg. Thol. lib. 4. Synt. c. 11. n. 3. Eccl. 28. v. 10. Matt. 5. v. 40.* Hinc audite Reges, discite Judices finium terræ, dicit Autor *lib. Sap. c. 6, 2. & 4.* quoniam à DEO data est vobis potestas, & ab Altissimo dominatus. Quibus verbis proximè accedit illud: *Per me Reges regnant, & Principes decernunt justitiâ, Prov. 8, 16. Dan. 2, 37.* Propterea namq; coeli terræq; Monarcha DEUS hos constituit, *1. Corint. 14, 33. & 40.* & populus in ipsos imperium & jurisdictionem contulit, *§. sed & quod Principi placuit. Inst. de J. N. G. & Civ. l. 1. ff. de Constit. Princ.* Indubitato ergò verum est, summi Magistratus officium esse, jus reddere, justaq; populo decenter proponere, & Imperatorē propriè solum judicem

Ordinariū representare. Hinc etiam Alexander Rex Arragonum aliq̄; statis diebus ipsi causas audiverunt. Crescente a. Republicā & litium multitudine, & quia per eum omnia expediri nequeunt, necesse fuit, iudices, qui lites secundū Juris ordinem audire & definire possent, constituere, eosq̄; jurisdictionis augmento honorare. Credit enim Princeps, eos, qui ob singularem industriam, exploratā eorum fide & gravitate, ad ejus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicatos esse pro sapientiā ac luce dignitatis suę, quam ipse foret judicaturus. *l. un. §. 1. ff. de offic. pref. prat.* Quia n. arduioribus gravioribusq̄; negotiis utplurimum involuti litibus undiq̄; personaliter interesse nequeunt, aliis hanc curam, exemplo magni illius Legislatoris in populo Israēl. Moïsis, rectē demandant. Quamvis enim jam nunc dictus Moïses, Vir magnus, à DEO donis fermē divinis ornatus fuerit, adeo ut & de eo Sacra pagina dicat, non surrexisse post ejus obitum Prophetam tantum in Israēl; Solus tamen sufficiens ad gubernacula Reipubl., docente D. Osiandro *ad c. 18. Exod. in gl.* non extitit. Ubi benē notandum est, quod Jurisdictio à summo Principe, tanquam à causā efficiente (præter DEUM Opt. Max.) seu fonte uberrimo ac perenni jure proprio exerceatur, ab aliis verò jure alieno, utpote cum in cœteros inferiores, tanquam rivulos, vel ab alio, qui eam ab ipso concessam habet, certis tamen, reservatis limitibus, dimanat, ut sc. apud Majestatem Imperatoriam semper illud illibatò tanquam reservatum remaneat, quod in supremam Principatus recognitionem datum est, vel quod de formā substantiali illius est, resideat, ex monitu Jethronis. *Exod. 18. v. 19. & seqq.* Unde causæ sublimiores & graviores semper censentur exceptæ. Nam magnæ & arduæ causæ magnos, arduos & graves desiderant iudices, *Wabsch. in Eslingen. de An. 1526. in pr. ver.*

pr. ver. 6. oder / ob es die Größe der Sache erfordere. & de An. 1555. S.
Zu dem und über solches. *ibi*: Weren aber dieselben Ursachen und Män-
gel also wichtig/ so sollen sie dieselben an Käyserl. Mayer. gelangen lassen/
*Ruland. de Commiss. part. 1. lib. 2. c. 3. sub n. 8. Ernest. Cotbm. 1.
conf. 15. n. 7.* Sic licet Imperatores Camerae Imperiali re-
rum controversarum dijudicationem & contentiosam
jurisdictionem ordinariam concesserint, majorum tamen
feudorum, regalem dignitatem annexam habentium, sibi
solis reservarunt, *Ord. Cam. p. 2. tit. 7. cum similibus.* Necess-
se tamen non est, judicem semper esse superiorem. Quia
receptum est, eoq; jure utimur, ut, si quis major vel æ-
qualis subjiciat se jurisdictioni alterius, possit ei & adver-
sus eum jus dici, *Ulp. in l. 14. ff. de jurisd. l. si quis in conscri-
bendo. C. de pact.* Sic dominus Feudi coram paribus curiae
conveniri & damnari potest, *c. 1. §. si inter. de alienat. feud.
pat. c. 1. de feud. sine culpâ non amitt. Clar. in §. Feudum. q. 90.
pr. & Feud. 2. 55. §. praterea. de prohib. Feud. al. per Frid.* Non
tamen inde efficitur, pares Domino esse superiores. Ob-
jectum præbent mihi causæ forenses & controversiæ ci-
viles; Finem verò, qui duplex est, internus sive interme-
dius, & externus seu ultimus. Et quidem internum seu
intermedium, cognitio causæ, Actore & Reo auditis, &
pronunciatio justa secundum LL. ritè explicatas; exter-
num seu ultimum autem publica pax & concordia. Ille
namq; demum princeps Majestatis & dignitatis suæ offi-
cio egregiè perfunctus est, qui & pacis & belli artibus or-
natus efficit, ut non tantùm domi bonis LL. Rempub. ab
intestinis malis liberet, & calumniantium iniquitates per
legitimos tramites expellat, sed etiam foris in hostilibus
præliis victor magnificus existat.

VIII. Ut verò ad salutem civium civitatumq; inco-
lunitatem vitamq; hominum & quietam & beatam leges
conditæ sunt. *Cic. 2. Rhet. & 1. de LL. quùm referente A-
rist. lib. 6. Polit. non facile sit, permanere civitatem, legi-
bus*

bus & consuetudinibus non compositam, (unde inexorabiles à Theod. & Valent. *l. ult. C. de Tabular.* dicuntur. Et quod medicamenta morbis, hoc jura negotiis exhibent. *Nov. 111. pr.*) Ita iudicis officium publicum est, omnibusq; implorantibus id exhibere debet, adeò, ut, si denegaverit, conveniri possit ad id, quod interest petitoris. *Schurpf. conf. 79. cent. 1.* adeoq; & civitas vel Princeps, qui ipsum constituit, obstringetur, *idem conf. 40.* Prohibetur verò quis iudex esse controversiæ pertinentis ad se sive directò, *l. un. C. ne quis in suâ caus. jud. vel jus dic.* sive obliquè commodum vel detrimentum ejus in eâ lite vertatur, veluti, si pro reo fidejussit, vel de evictione obligatus est, vel ab altero litigatorum heres institutus, *l. Julianus. 17. ff. de judic.* vel etiam, si sub alio iudice similem litem sustinet: Præsumitur enim eo exemplo alienam litem definiturus, quale præjudicium cupit litis propriæ. Interea Iudices quinque habentur generum. Primò ordinarii, hi sunt superiores Magistratus, Imperatores, Reges, Octoviri, Princeps vel Resp. quæ sunt vel Monarchicæ, vel Aristocraticæ, vel Democraticæ, jurisdictionem habentes; iudicem siquidem dare possunt, quibus hæc lege, vel constitutione, vel Senatus Consulto conceditur, *l. 12. §. 1. ff. de judic.* Aliàs de jure omnes Principes iudices audiunt, *Sachsensp. lib. 2. art. 26. in gl. n. 7. Nov. 23. c. 4.* Et latinum vocabulum Comes, Lombardis *per text. not. in c. 1. ibi:* à comite, *si de investit. int. Dom. & Vasall. lis or.* ut & germanicum vetus Saxonicum Iudicem denotat. Darum / wenn mann saget eine Graffschafft / so meinet man so weit sich des Richters gebiet erstrecket / als wie ein Stadt-Gericht / das wir sonst Weichbild-Recht heissen / seyn mag. Durch die Marck wird das Landr. verstanden / e. g. sich mit einem gestrafften Drehel auß der Graffschafft in etne Marck ziehen / das ist / von dem Weichbild an das Landr. *Nov. 23. c. 3. Vid. Dan. Otto c. 18. sui jur. publ. p. 637. & seqq.* Habentur prætereà aliæ plures iudicum apud veteres Sax. & quidem à vocabulo
Graff

Gravescendentes denominationes, ut sunt: Vogtgraff/ dieser hat pflegen allein über Dieberey und Raub / so nicht übernachtet gewesen/ zu richten. *Sachsensp. lib. 1. 57. q. 137. n. 1. & art. 58. qui necessitatis tempore in causis, dilationem non admittentibus, judicat, ein Richter/ der alle jehe (plötzliche / geschwinde) Thaten und ungericht zu hand nach der That richten mag / als vor alters bräuchlich gewesen / & in gl. n. 5. p. 393. art. 53. lib. 3. porro à dicto vocabulo Gravescendunt & subsequencia descendunt, ut sunt: Centgräve/Gräve/ Frey Gräve/ Holz Gräve/ Ding Gräve/ Salz Gräve/ &c. Knich. de jure territorii. c. 4. n. 54. & seqq. Cujac. lib. 1. de Feud. Dicuntur etiam Judices in jure Prætores & Præfecti. l. un. §. 27. 28. 33. 35. & alibi ff. de orig. jur. Liv. lib. 6. & 7. Cic. lib. 3. de LL. Gell. lib. 12. cap. 14. l. 11. ff. de justit. & jur. Veteres Romani suos Imperatores Prætores appellarunt. Nov. 25. pr. Revaliæ in Livoniâ Judex appellatur Gerichtsvoigt/ p Hasliâ inq; nostris & Prusicis pagis der Schuldheiß. Secundò Extraordinarii, qui voluntate hominis judicandi munere fuguntur, quales sunt judices ad certarum causarum cognitionem in specie assumpti, & quorum compromisso vel à Magistratu dato, l. penu. ff. de jurisd. & jur. Can. standum est. Delegati, qui à principe inter judices locum supremum jure sibi vendicant ac commissam sibi jurisdictionem exercent, Die Nachgesante besohlene Richter/ die sich von der hohen Obrigkeit dem Kaysler/ oder von einem Fürsten/ &c. ihres Gerichtszwangs gebrauchen/ als die Ampts Hauptleute / *Comisarii*, Schösser/ Räte der Städte/ Richter und dergleichen Macht und Krafft habende/ die Sachen zu verhören / die zwischen den streitenden Theilen schwebend ist/ auff Klage und Antwort / und auff alle ihre Beweisung (Nach- und Wiederrede) achtung zu haben/ und die Sache gar und gänzlich zu entscheiden/ mit der Güte oder mit Recht/ so/ daß sich die Theile daran beyderseits begnügen lassen müssen. Also/ daß die Entscheidung volle Macht und Krafft habe/ eben/ als obs der Befehler selbst gethan hätte / *Sächs. Weichb. art. 16. in gl. n. 17. Hi non ex speciali datione, sed ex vi Magistratus, quem à principe acceperunt, judices sunt.* Obiter ergo notandum venit, judicem dele-*

Delegatum alium substituere, nisi à principe delegatus sit, non posse. *l. 5. C. b. t. Tulden. in suo Comment. b. t. n. 2.* Tercio Subdelegati, dem nachgesagten Richter wieder nachgesagte Richter / wenn nemlich ein Chur- oder anderer Fürst einen Rath an dessen Statt confirmiret, und derselbe wieder einen Richter ordnet. Aliàs regulariter delegatus subdelegare nequit. *c. fin. de off. deleg. l. à judice. 5. C. de judiciis.* Nisi per delegantem data sit potestas subdelegandi. *De quo gl. in c. is, cui. de offic. deleg. in 6.* Alio nomine Delegatus etiam pedaneus seu pedarius appellatur. Judices pedanei vocantur, quia ad pedes Magistratum in subselliis inferioribus fedebant; non verò pro tribunali, quod erat sella sublimis. *Tulden. in comment. rit. de judic. pedan. Vid. Nov. 82. & C. b. t.* Quarto Compromissarii, Arbitri seu Arbitrarii, Willkührliche Richter / qui partium consensu loco judicis eliguntur, ut coram eis procedatur, juris ordine observato, auff welche die Partheyen freywillig schliessen / compromittiren un̄ veranlassen / daß dieselben ihre Sachen / den Rechten nach / entscheiden sollen / darbey sie auch acquiesciren und verharren wollen. *l. penult. ff. de judic. l. arbitratorum. C. de recept. arbitr. l. societatem. 76. ff. pro Socio.* Unde non appellatio Arbitri arbitrum facit, sed forma compromissi, *Gail. lib. 1. obs. 150. n. 4. & 6.* atq; omnis arbitratorum potestas à commisso dependet, *Cacher. decis. pedem. 39. n. 5.* judex tamen & arbiter inter se multis in rebus & similes & dissimiles sunt. Nam ut ex utriusq; consensu judex dandus est, sic etiam Arbiter. *l. litigatores. 11. §. 3. ff. de recept. qui arbitr. recep.* Quinto Arbitratores seu Arbitrarii, willkührliche Schiedsleute oder Unterhändler (*sinè formâ judicii*, gegen denen sich die Partheyen aller Ordnungen und Herrlichkeiten der Rechte begeben / und die Sach ihrem Verstande nach zu entscheiden submittiren / *Modest. Pistor. vol. 1. conf. 12. n. 17. & seqq. Gail. lib. 1. obs. 33. Cbil. König. cap. 4. 5. & 38. in fin.* Differentiæ inter Arbitrum & Arbitratorem videri possunt apud Bart. *in l. societatem. 76. ff. pro Socio. Panorm. in c. Quinta vallis n. 8. & seqq. de jur. jur.* Hic obi-

101

ter notandum venit, *Tbolof. in Syntag. jur. Univers. l. 47. cap. 4. 5. 6.* sextuplicem judiciorum subministrare divisionem. Judex limitaneus, qui habet limitatam jurisdictionem, ut Argentorati Senatus minor, qui judicat usq; ad summam sexcentorum florenorum, & intra eam summam, & non ultra. Vid. *Zaf. in l. quidam existimârunt. ff. se vere. pet.* Est ergo judex ordinarius, qui ex propriâ jurisdictione jus cognoscendi habet. Extraordinarius sive delegatus, qui ex delegatâ. Officium judicum ipse Deus præscribit, *Deut. 1. v. 17.* Nam, ut dicitur in *Can. Quatuor. 78. XI. q. 3. quatuor modis humanum pervertitur judicium: timore, dum metu potestatis alicujus verum decernere formidamus: cupiditate, dum muneribus datis vel promissis animus est obligatus: Odio, dum alterutri litigantium infensi sumus: Postremò amore, dum propinquum vel amicum alienare timemus.* Locum, in quo judicia fieri debent, quod attinet, iste honestus, tutus & securus, tum judicibus, tum litigantibus esse debet. Apud Hebræos judicia in portâ exercebantur. Apud Romanos in foro. Apud Græcos ædes justitiæ sacras templo vicinas esse oportuit. Interim judex ubi est, ibi Acta esse censentur. *l. 7. & 8. ff. de manumiss. vindict. & apud Acta dicuntur fieri, quæ geruntur coram judice, extra locum, etiam judicii.* Bald. *in l. illud. n. 5. C. de SS. Eccl. Wesenb. & ff. de Testam. n. 10.* Loca etiam Tribunalium pro sanctis haberi, in quibus quilibet à fraude & injuriâ hominum securus est, testatur Coler. *de proc. Exec. part. 4. c. 1. n. 173.*

IX. Sicuti officium Judicis in duobus consistit, nimirum in cognoscendâ & examinandâ causâ. 2. In definiendâ ea seu concipiendâ sententiâ, *l. 74. ff. de judiciis.* (his aliâ addunt & tertium, nempe Executionem, quod tamen Collegio Argentoratensî *l. 53. & seqq.* minimè placet) ita tres personæ principales, Judex, Actor & Reus, sive litigantes litisq; consortes judicium, quod est legitima rei

C

con-

controversæ inter litigantes apud judicem tractatio, & à
Cajo l. 1. ff. de stat. hom. it. §. fin. Inst. de J. N. G. & C. actio, ut
& à Justiniano certamē cognitionale dicitur, constituunt,
arg. c. forus, 10. de V. S. Cujac. in w. ff. & C. eod. Wesenb. w.
ff. eod. n. 5. Judex ergo boni & innocentis viri officio fun-
gi debet, i. e. cujus præsentia & autoritas omnem fraudis
ac læsionis suspicionem tollit. l. pacta novissima. 12. C. de
pact. l. 1. C. de pred. & al. reb. min. omnia namq; , quæ judi-
ce præsentate acta sunt, ritè præsumuntur celebrata. c. bona
memoria. 13. §. porro X. de Elect. indeq; ab ipsâ bonitate re-
gulariter vir bonus appellatur & honestus, l. continuus. 137.
§. 2. ff. de verb. oblig. l. vir bonus. ff. judicat. solvi. l. penult. ff. de
procurat. cujus primæ partes sunt, curare, ut lites sine ca-
lumniâ procedant. Ulp. in l. cœtera. ff. famil. Hercisc. l. si ex-
traneus. ff. de jur. dot. ideoq; justitiæ Antistes dicitur. Ta-
lem verò oportet esse gravem, sanctum, severum, incor-
ruptum, inadulabilem, contraq; improbos innocentesq;
immisericordem atque inexorabilem, erectumq; & ardu-
um & potentem, vi & majestate, æquitatis veritatisq;
terrificum, ut ait Budæus in l. Justitia. de just. & jur. Et sci-
endum, judici statim, atque judex factus est, omnium re-
rum officium incumbere, quæcunque in judicio versan-
tur. Ea autem, quæ ante judicium contingunt, non val-
de ad eum pertinere, nisi fuerint ei nominatim injuncta.
l. 25. §. 8. ff. de edil. edict. Actor est, qui ad judicium con-
tra Reum provocat, idq; simpliciter & voluntariè, (nemo
namq; invitus agere vel accusare cogitur. l. invitus. C. ut
nemo inv. ag. cog. l. rescripto. §. si quis. ff. de Mun. & honor. A lite
autem ceptâ impunè ipsi desistere, Reo nisi consentiente,
non licet) vel sorte, l. in tribus. 13. l. 14. l. qui appell. 29. ff. de
judic. Reus est, qui ab Actore provocatur, ut cum eo a-
gatur, §. fin. Instit. de perpet. & temporal. act. §. 1. Instit. de Ex-
cept. l. judicium. 10. in fin. ff. fin. regund. Dicitur etiam fugiens,
Græcis

Græcis *ᾠζοῦν*, *l. properandum. §. 1. C. de judic.* Competens
judex dicitur, coram quo actio & lis proposita à litiganti-
bus disceptari & decidi potest, h. e. qui suum imperium
& jurisdictionem, prout natura litis postulat, exercere
potest. Qui ergo ad judicem incompetentem sciens cau-
sam deducit, jus suum amittit, *l. 5. C. de jurisdic. omn. judic.*
l. 1. C. si à non competenti jud. In judicem si reus semel con-
senserit, illi ex post facto contravenire nequit. *Specul. in*
tit. de except. §. viso. v. porro.

X. Virtutes, quibus Judex præcipuè præditus esse
debet, præter propter hæc subsequentes erunt: (1.) TI-
MOR OMNIPRÆSENTIS DOMINI verâ cum pie-
tate, quæ omnium cœterarum virtutum Mater indubita-
tò existit, conjunctus ex instinctu Regis Israëlitarum Jo-
saphati, *2. Paralip. 19, 6. & 7.* Viribus enim suis fidere non
minimum debet. Et ideò Judex DEI & legum timore
sententiâ proferre debet. *Nov. 23. c. c.* Hic namque, si
à Judicis removeatur oculis, & fidei & justitiæ naufragi-
um metuendum est. Sic quippe *Cic. lib. 1. de Natur. Deor.*
Haud scio, an pietate adversus Deos sublata, fides etiam & societas
humani generis & unâ excellentissima virtus tollatur? (2.) CON-
CORDIÆ inter litigantes restituendæ studium, quæ ma-
ximum secundùm *Q. Curtium* ad conservanda Imperia
Principatusq; stabiliendos adminiculum subministrat.
Quamvis autem hæc svaderi, non verò, nisi, ut *Decii* ver-
bis utar, subsit timor scandali, imperari possit, *Menoch.*
lib. 2. arbitr. judic. quest. cent. 5. cas. 442. n. 8. Paris. de put. tract.
Syndic. verb. concordia veeò judex. n. 1. & seq. Arum. lib. 2. de
cas. 11. n. 72. Churfürstl. Sächß. Pr. Ordn. tit. 1. Hanc ta-
men ante omnia inter litigaturos sedulò, debitæ affectio-
nis ergò, quærere & reducere, ac ideò tentare debet, an
ea inter partes fructuosè iterum ali, & an lis funditus cum
utriusq; partis consensu eradicari, sicq; prolixitas penitus

evitari ac impediri possit: Beati enim sunt Pacifici, *Matt. 5.*
 & cum vitiis bellum, cum hominibus pacem colere decet.
 Indicium enim morbosæ Reipubl. multæ lites & contro-
 versæ subditorum sunt. Keckerm. *lib. 1. pol. c. 17. pag. 247.*
 (3.) JUSTITIA, quæ Helpero & Lucifero formosior,
 omniq; amicitia ac sangvini præferenda est, *Arist. 5. ad
 Nicomach.* & cui virtutis splendor maximus inest, ex qua
 boni viri nominantur, quæve remotâ & deficiente, regna
 mera & magna latrocinia, ut Beati Augustini verba h. l.
 adhibeam, existunt. Hanc semper & ubique exercere,
 cum Sacris paginis *Deut. 1, 16. Lev. 19, 15. Exod. 12. 49.* Phi-
 losophorum exposcunt sententiæ. Præclara etenim illa
 Philosophi est, quâ Judex *δικαιον ἐμψυχον* vocabatur, nec
 hæc minùs elegans est, quam habet *Rhet. l. 1. c. 15.* quan-
 do ait: *Tanquam argentarius Judex est, ut discernat adulterinum
 justum à vero.* In quam rem laudatur istud Philonis: *Sicut
 ignem oportet esse calidum, ut urat, Ita Judicem justitiâ oportet es-
 se indutum, ut eam aliis reddere queat.* Justitiæ quandoqui-
 dem denegatio justa belli, litigiiq; publici causa est. *Lips.
 lib. 5. pol. c. 4.* Et nulla certè major Reip. pestis extat, quàm
 Injustitia. *Sixt. lib. 2. de Regal. c. 15. n. 30. Prov. 17, 15. & c. 18.
 v. 4. 5.* Hinc notanda sunt hæc: Ein jeglicher Richter soll allen
 Leuten gleich richten / unpartheisch seyn / auff keine Seite wanken / der
 Wahre gleich nachstreichen / und die Wage gleich hängen / etc. *juxta art.
 30. lib. 3. Landr. in text. & gl.* Malè siquidem tum agitur, quan-
 do Judici de aliis poenas poscenti & calores hominum in-
 discussos refrenanti obtrudendum est illud *Luc. c. 4. v. 23.*
Medice, cura te ipsum. Quibus verbis Ovidius Poëta
 lib. suo *Fast.* haud incongruè adstipulatur, scribens:

Sic agitur censura & sic exempla parantur,

Cùm Judex, alios quod monet, ipse facit.

Æternis ergò laudum præconiis Rex Locrensiū Seleu-
 cus, ut Catonis Censorini hîc taceam, in cœlum ob legem
 adulterii à semet non solum latam, sed severissimè etiam

obser-

observatam, evehendus erit. Qualiter Rex Persarum
Cambyfes erga improbum quendam judicem, cui Sisana
nomen fuit, sese gesserit, & quomodo eum vivum exco-
riari ejusq; corio Tribunal circumdari ac filium cum infam-
miâ depositi & enecati Successorem agere jussit, hi-
storiæ omnes mortales satis abundanter docere possunt.
Justitia namq; magis accepta apud Deos est, quàm immo-
lare hostias. Et certè neq; Hesperus neq; Lucifer ita ni-
tet, sicut vir justus. *Euripid.* Ubi etenim paupertati per
æquam justitiæ administratæ lancem non consulitur, ibi
de Republ. actum est. Utinam jugiter constitutio illa
Gloriosissimorum Imperatorum Leonis & Alexandri o-
mni honore ac terrore plenissima de Judicibus cuilibet
Judici in mente ac ante oculos versaretur, procul dubio
injustitiæ longè minùs ullus locus relinqueretur. Senten-
tia, quæ Christianæ admonitionis gratiâ germanicè sistere
hic lubuit ex *Constit. Imp.* talis est: Wir wollen nicht dafür
halten/ daß einer der sentzen / so des Richter-Ampts pflegen und Urtheile
fällen/ so gar dumm und unwissend sich herfür lassen / und anders/ als de-
nen fürgeschriebenen Recht und Gesetzen gemäß/ urtheilen werde; Sün-
demahl / wosfern einer so gar thöricht und uff beschehene Beschuldigung
solcher übelthat überführt seyn würde / derselbe nach Ausweis- und Maß-
gebung der Rechte gestraffet werden soll. Im fall er gleich uns unver-
sehens entfliehen würde/ soll er doch wissen / daß die gerechte Straffe Got-
tes über ihn nicht auffen bleiben/ und daß er dem nimmer wach- und nimmer
schlaffenden Auge / welchem gar nichts/ obs auch noch so tieff verborgen
sey/ verholen seyn kan/ keines weges zu entfliehen vermöglich seyn wer-
de. Entzwischen haben wir mit genugsamen Borwissen dieses mit böser
Berwünschungen und grausamen Flüchen zu besetzlg. und zu besterigen
nicht umhin gekümt. Derowegen müsse er GOTT ie und allezeit sich zu
wieder finden! Sein Leben komme nicht auff die Hälfte! Alle Plagen
und Unglück treffen ihn ohn unterlaß! Das Feuer fresse die Grundseu-
len seines Hauses / und seine Nachkommen müssen dermassen verarmen/
daß sie an den Bettelstab gerathen / und das Brod von Thüre zu Thüre
zu suchen genohdränget werden. Und dieses traun recht nach Verdien-

ste/ darüñ/ daß er das Recht/ welches frey und ungebunden seyn soll/ zum
Knecht und zum Slaven der Lügneren, und Ungerechtigkeiten gemacht
hat. *Magna clades Reipubl. mali iudices sunt. Dan. 13, 5.*
& nefas est, scire in innocentem. Idcirco Respublica
prius plures bonos & honestæ famæ viros colligat, & i-
pforum qualitates ac mores probè exploret: Ad hono-
rum namque insignia non ambitione vel pretio, sed pro-
batæ vitæ testimonio viri promoveri debent. *l. ult. C. ad L.*
Jul. repet. atque ex illis tandem optimum, in quo boni ju-
dicis notæ præminent, seligat, eumq; Sacramento pie-
tatis obstringat, ut, se bonum publicum procuraturum,
nec à tramite justitiæ ne latum quidem ungvem discessu-
rum esse, polliceatur. Publicæ utilitatis quippe interest,
non ex amicitia creationes fieri, sed æstimatione verâ &
commodo Reipubl. *Alex. l. un. si propter inimicit. creatio fa-*
cta sit. Derowegen soll man/ ut Augustum illud Augusti E-
lect. Sax. dictorium hîc applicem, die Aempter mit Personen/
und nicht die Personen mit Aemptern besetzen. Istud secum ponde-
rantes Romani, Consiliariis & Judicibus, referente Came-
rario, *cent. 1. bor. succes. c. 33.* sequentem in modum jutandi
formulam proposuere: *Juro per Jovem Olympium & Consi-*
liarium, & per Vestam Consultricem, & per Jovem Maritalem & per
Junonem Maritalem, & Minervam providam & Victoriã, &
Amicitiam & Concordiam, & Jus atque Fas & bonam fortunam,
aliosq; universos Deos ac Deas, me sententiam dicere velle secundum
LL. & Consulta à civitate approbata, & secundum Decreta Romano-
rum & leges, quibus nostra Resp. administratur, in respectu utilitatis
Patriæ, pro viribus meis, non aliter, quam is fecit, qui Senator fuit
laudatissimus patriæ suæ vel Romanæ vel Græcæ civitatis, neq; gra-
tiã, neq; odio, neq; muneribus potiar servire judicium consultumve
meum, neq; privato addicam sententiam meam, neq; me ulli parti
ut homini adjungam, sed communi tantum utilitate aucturus pro vi-
ribus Rempublicam, ita, ut Dii & boni viri volunt, mibi quidem
sanctè

sanctè jurato benè sit, & Dii atque Dæmones faveant, itemq; meis omnibus cum amicis, tum universo generi & familia, in perjurio verò ne deprehendar unquam. Quale juramentum econtra ap. nos Germanos in usu sit, *part. 1.* im Sagenspiegel pro lubitu investigari potest, peculiariter enim subsequens adhibetur. Ich N. N. schwere hiermit zu GOTT / nachdem mich mein gnädigster Herr zc. so hoch gewürdiget und den Gerichts-Zwang allhier zu N. außsonderbarer gnädiger *Affection* zu verwalten und demselben vorzustehen ordentlicher weise mir anvertrauet hat / daß ich solchem mit getreuen Fleiße gewärtig und gehorsamlich ob und fürsenn / dessen Nutzen möglichst fördern / und den Schaden oder Unbeyl hergegen verhüten / niemand an seinem an seinem Rechte wieder Recht und alt löbliches Herkommen darinne beschweren / davon nichts ensiehen lassen / nebenst denen geschworren Beyfügern nach des H. Reichs Gemeinen / herorauß aber nach diesen Landes-Rechten / erbarn und leidlichen Gewonheiten / Gesetzen / gegebenen Freyheiten nach meinem besten Verstande dem Armen wie dem Reichen gleich durchgehend richten und *procediren* / was im stande des Rechts erfolgen oder von Gerichts wegen zu handeln gebühret / und mir mit der Zeit anbefohlen werden mag / auß allen Kräfften und ohne einige *Simulation* vollziehen / Fried und Recht beschirmen und handhaben / weder Liebe / Neid / Gabe / Freund / noch Feindschafft ansehen / von denen Partheyen anderweit solcher gestalt insonderheit nichts nehmen oder wissenlich erwarten / die geheimen Rahtschläge und Urthel / so sich begeben / niemandes zur Ungebühr und vor der Zeit eröffnen / viel weniger davor warnen / wissenlich / außserhalb der Sühne keinem vor dieses Gericht gekommenen Theile rahen oder für dasselbe auß *Affecten* schreiben / und was meinem gnädigsten Herrn davon gebühret / bey Kleinen und Großen / laut meiner Ampts-Pflicht / in Rechnung führen / den allgemeynen Nutzen dem Privat Nutz in allen wegen vorziehen / und in gemein alles andere / so einem gerechten Richter von Gewonheit und Rechts wegen zu halten zustehet / eigner und gebühret / embsiglich und auffrichtig in acht nehmen wil treulich und sonder gefehrde / Als mir GOTT helffe und sein wahres H. Wort. *Asidue ergò quilibet Judex inscriptionem Curia Paduensis secum perponderet: Excute manus ab omni munere! partes patienter audi! Benignè responde! Justè judica!*
(4.) SCIENTIA seu DOCTRINA, quâ judex
com-

commodè carere nequit: Et nullus certè bene judicabit, si leges, sacras Constitutiones & consuetudines, quibus judicare tenetur, ignoret. Imò, nemo probè judicandi officio fungi potest, qui expertis literarum est, seu, qui pingere vel legere nescit, hoc enim est literas ignorare, *l. 3. §. fin. ff. de accus. & inscript.* Rationem rationum suppeditant nobis, *§. 1. Instit. de off. jud. & Arch. jubemus C. de judic. Bronch. cent. 1. Asfert. 64.* Hic quidem non inficias imus, ut & experientia testis citari potest, multos fuisse literarum expertes, qui æquisimè judicârunt. Verùm enim verò verissimum manet vulgò jactatum proverbium: Vir literatus duplo acutius videt, & illud D. Augustini: Ignorantia judicis calamitas plerumq; est innocentis, *lib. 19 de civ. Dei c. 6.* Idcirco judex, ut etiam acutiùs duplo videat in causis decidendis, excultus sit disciplinis atq; artibus. Indeq; duplicem judex habere debet saltem, & scientiæ, sinè quâ insipidus, & conscientiæ, sine quâ Diabolicus, *Bald. in l. 2. C. de sent. ex brev. recitand. Menoch. 2. arbitr. cas. 339. n. 1. Marant. Disp. 1. n. 17.* Nam, ut Terentius in *Adelph. Act. 1. sc. 3.* ait: *Homine imperito nunquam quidquam est injusius, qui, nisi quod ipse facit, nil rectum putat.* Sicut *Acies oculorum*, inquit Aristoteles, à circumfuso aëre lumen accipit, sic animus à doctrinâ & liberalium artium studio. Docti enim ab indoctis paulò minùs differunt, quàm vivi à mortuis, *Francisc. senens. lib. 9 tit. 2. de instit. Reipub.* Quamvis cœcis comparantur. Tunc potius, referente Platone, *florent. Resp. quando vel philosophus reges, vel Rex philosophatur.* Cuius opinioni & Aristoteles suam adscribit, dicens: *Ubi praeses est philosophus, ibi felix existit civitas.* Julianus Apostata traditur, cum Christianos Ethnicis in disciplinis plurimùm superstitioni gentilium officere cerneret, edicto cavisse, (cei ex ejus epistolis constat,) ne ipsorum pueri ullo philosophiæ genere ampliùs erudirentur, hac ratione sperans fore,

fore, ut idiotæ manerent, eoq; facilius ad idololatriam
deficerent, veluti adimendo arma, quibus se defendere
& illum impugnare possent, uti recenset Greg. Thol. *de*
Rep. lib. 15. c. 1. & lib. 17. c. 12. n. 8. Quibus ex verbis ilicò
apparet, judicem noticiam habere debere Boni & Æqui,
propter administrationem justitiæ, quæ est Noticia sepa-
rationis justî ab injusto, *l. 1. ff. de justit. & jur. quæ ex ll. sal-*
tem hauritur. Quamvis autem judex aliorum consiliis
uti possit, *Natta cons. tom. 2. cons. 244. n. 3.* defectum enim
scientiæ Assessor supplet; Miser tamen est, uti disertè
loquitur Arnisæus *l. 1. pol. c. 15.* qui alieno ex pectore sape-
re, ac aliundè rectè judicandi formulam emendicare cogi-
tur, quia gravem profectò jacturam maximamq; labem
Reipub. adferet. *Nov. 82. de judic. in pref. præstabilius è*
contrario est & honestius propriis videre oculis. Ita-
que judex potissimùm disciplinis instructus sit practicis,
quæ illi maximè necessariæ sunt. Nec minùs tinctus sit
scientiâ juris & legum, quibus ad causas judicandas opus
habet. (5.) PRUDENTIA, quæ noticia vera est
atque secundùm rectam rationem deliberationes in ele-
ctione honestarum actionum utiliumque rerum regit,
etiam à judice planè abesse non potest. Et satis præclare
parens eloquentiæ Romanæ Cic. *l. 1. de invent. dixit: Ad*
Rempub. plurima commoda veniunt, si moderatrix
omnium rerum præstò est Sapiencia, (ne aut errore lapsi
aut cupiditate abrepti ipsa Reipub. subvertant fundamen-
ta:) Hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus, honor &
dignitas confluunt. (6.) MODESTIA, h. e. modera-
tio in omni gestu, sermone, incessu & actionibus quibus-
cunq;, hujus jubar etiam in Judice elucere debet, nam:

Inquinat egregios adjuncta Superbia mores.

Et juxta Heiderum *System. polit. c. 5. p. 741.* Superbia cum
stultitia semper & usq; conjuncta est. Omnis enim stul-

D

tus

tus superbus est, & omnis superbus est stultus. Exem-
plum, ut aliorum innumerabilium taceam, præbet nobis
Herodes. *Actor. 12, v. 21. 22. 23. Rom. 11, 20. & 21. 2. Tim. 3, 2. &*
seqq. 1. Pet. 5, 5. Humilitas ex aduerso omnia conservat.
Ut namque aromata cibus, ita saporibus & fragrantiam vir-
tutibus adjicit. Judex itaque sit humanus, sic tamen, ut
suam tueatur autoritatem, ne contemptum sui patiatur
vel causetur, ut monent Callistratus *arg. l. 19. ff. de off. præ-*
sid. & Althus. *in polit. c. 29. n. 47.* Nimia namque familia-
ritas contemptum parit. Et consilio, quod Aven *polit. q.*
148. cum Lips. in Not. ad lib. 2. polit. c. de Majest. in verb. viles ple-
rumq;, Principi communicant, rectè uti discat, tenor ver-
borum hic præsens habetur: Judex (Princeps) aures o-
mnibus quidem præbeat, non verò fidem, & audita acri-
ter examinet, persuasumq; habeat, immaturam creduli-
tatem matrem esse erroris & novercam consilii, proin-
deq; in omnibus cautè procedat, rei sive causæ, quæ de-
fertur, itemq; verborum circumstantias accuratè ponde-
ret, &c. Nullas præterea execrationes in loco iudicii fa-
cro vel ipse evomat, vel aliis ejusmodi excessus negligenter
permittat, ergaq; suos Collegas candorem undiq; fo-
veat, imò quantum imbecillitas humana concedit, priva-
tim ac publicè DEO cunctisq; mortalibus irreprehensibi-
lem sese sistat. *vid. 1. Pet. 5. v. 6.* (7.) CLEMENTIA,
hæc etiam Judicem maximopere non dedecet. Illi enim
videntur sapientes, qui rem omnem potiùs mansuetudi-
ne, quàm severitate & vi, exemplo Josuæ, conficere cu-
piunt. *Jos. 7, 19.* Siquidem, ut Terentius ait, re ipsâ repe-
ri, facilitate nihil homini esse melius, neque clementiâ.
Spectet igitur Judex æquitatem, si in primis causâ ac er-
rore peccatum sit, spesq; emendationis affulgeat. Vivi-
tur enim ex sententiâ Cic. *off. l. 1.* non cum perfectis homi-
nibus plenèq; sapientibus. Adhæc opera misericordiæ
omni-

omnibus omnium Ordinum hominibus necessaria sunt. Faciunt huc Divi Episcopi Mediolanensis Ambrosii verba: *Quemadmodum pietatem & religionem D E O semper debemus, Sic homini benignitatem & misericordiam.* Vid. exemplum clementiæ singulare Anton. Pii Cæsaris in judicando ap. Anton. de Guev. part. 3. c. 33. circa finem des Lustgartens und Beckuhrs. Nihil namq; tam commendat Christianam animam, quam misericordia. lib. 1. c. 11. & lib. 2. c. 21. Melius enim est, reprehendi de misericordiâ, quam de severitate. Neq; quidquam tam præclarum est, tamq; magnificum, quod non moderatione temperari desideret, Val. Max. lib. 3. Siq; Cato de suâ severitate paululum discessisset, & quibusdam humanitatis condimentis Reip. vulnera mitigâset, tantam illa ruinam passa non fuisset. (8.) SEVERITAS, quæ tum valdè necessaria est & salutaris vincitq; inanem speciem clementiæ, si nimirum delicta graviora sunt, & indies magis magisq; multiplicantur: Cessant namq; peccare homines, ubi severitas delicta compescit. Et grave certè est Sapienti offendere, ubi alterum reperit incidisse. *Atbalaricus Rex ap. Cassiodorum 8. var. 20. In oppidis crimina committuntur, in palatiis regnant.* Hacq; in parte Bodini sententia l. 4. de Repub. c. 6. locum suum commodè defendet: *Nihil est vera justitia, inquit, tam contrarium, quam commiseratio, nec Judicis officio quicquam magis repugnat, quam misericordia.* Unde Julianus dicere solitus est: *Scis, quam sim lentus ad condemnandum, & quanto lentior, postquam condemnavi, ad ignoscendum.* Quid etenim juvat, salutares esse Leges constitutas, si defensorem non habeant, & sine præmio sit earum servator, transgressor sine supplicio; Leges quippe non habere, & secundùm LL. non vivere, nihil ea mihi distare videntur. Omnes secundùm leges vivant, etiamsi ad divinam domum pertineant. *Imp. Valent. & Martian. l. 10.*

C. de LL. & Const. princip. Quis igitur hunc Magistratum non revereatur, simulq; & horreat, videns duplici eum formâ excubias agere, tum, quæ lex jubet, facile ordinet, tum verò, si quid de lege violetur, ut hoc armis corrigat? *Nov. 25. c. 1.* parcens namque malis, bonis nocet. Imò tantum Legibus ac Magistratibus severitatis justitia addit, quantum flagitia creverunt. Assumendi igitur ex manu ductione antiqvâ Jethronis, viri sunt strenui, non effœminati, h. e. ut Jctus Callistratus tradit, tales, qui incognoscendo neque excandescant adversus malos, neq; precibus calamitosorum illachrymantur: id enim non est constantis & recti judicii, cujus animi motum vultus detegit, *l. observandum. 19. §. 1. ff. de off. presid. Syr. 4. v. 9. in fin.* Et certè parcere delinquenti injusta misericordia est. Unde illud Demosthenis, in severitate Judicis legum sita est autoritas. Hoc tamen temperamentum seu moderamen adhibendum venit, ut terribilem semet præbeat delinquentibus & contumacibus, mansuetissimum autem & mitem omnibus placidis & devotis, paternam eis exhibens providentiam, uti ipsissimus Imperator Justinianus monitor est, *Nov. 17. c. 17. in fin.* Alcibiades nullam severitatem aspergens, populum Atheniensem facilitate corripuit. Inde Solon censuit, populum tum optimè obedire, cum nec solutus nimis & liber est, nec servilem in modum depressus. Plura de gravitate ac severitate Judicis Cam. Imper. in Absch. zu Augspurg de anno 1530. §. der Cammer Richter / etc. investigari poterunt. *vid. Syr. 10. v. 1. 2. & 6. (9.)* VERACITAS, sc. ut veritatem amet: Judici n. in judicando magis cordi esse debet custodia veritatis, quàm obedientia voluntatis, *c. judicet. 3. q. 7.* Judicis imò est, semper in causis verum sequi, *Cic. 2. off. Specul. lib. 3. part. 3. de sent. §. 6. in fin.* Hanc in faciem Ant. de Guev. loquitur in borol. princip. lib. 3. c. 6. n. 474. *vers. cæterum, quòd*
Judex

Judex verax esse & pro veritate indagandâ omnia rimari,
reiq; qualitatem plenâ inquisitione discutere debeat, *c. ju-
dicantem. 30. 9. 5. l. in cause. 13. vers. causâ enim cognitâ. ff. de
Min. 25. ann. l. de quâ re. 74. ff. de judic.* Vox quippe Præ-
toris DEI (qui ipsissima veritas *Job. 14, 6. & 17.* dicitur)
vox, quam Prætoris in ore posuit, est, secundum Rayner.
de pennâ fort. ut refert Baldus *in c. 1. de controversiâ investit.*
Nulla enim pernicies vitæ major inveniri potest, quàm
cùm in malitiâ inest simulatio. *Cic. 3. off.* Et quod verifi-
mile non est, falsi speciem habet. *Menoch. de arbit. jud.
lib. 2. cent. 1. cas. 85. per tot.* Imò veritatis tanta debet esse
Judici cura, ut ne fucum quidem in facie vel capillis ferre
debeat. Quod n. nascitur, DEI est, quod pingitur, Dæ-
monis. Effigie mentiri non minus turpe est, quàm lin-
gvâ. Philippus quendam è numero Judicum expunxit,
quod capillum tingeret: Non enim putabat eum in Tri-
bunali sincerum, qui capillo fucum faceret. Forma vir-
tutis index est, janua animi vultus. Adhæc simulata æ-
quitas duplex iniquitas est, quia malum facit, & bono ab-
utitur. Ideò ex Ulpiani mente id sequatur, quod conve-
nit, ex fide eorum, quæ probabuntur, *l. 6. §. 1. de off.
presid.* memor finis, qui desideratur & quæritur. Cùm n.
duo pluresve de re aliquâ litigant, non alio fine Judicem
adeunt, quàm, ut absque omnibus passionibus pronun-
ciet, uter ipforum causam justiore habeat, quod profe-
ctò justè fieri nullatenus, nisi Judex ipse verax sit, potest.
Judice pro tribunali sedente semper adesse multitudinem
hominum fide dignorum verisimile est, ut eò minus ali-
qua fraus præsumenda sit. *Dd. in l. omnium. 19. C. de Testam.*
Imò pro Judice præsumitur in rebus ad officium suum
pertinentibus. *Menoch. lib. 2. presump. 67 n. 4. Luc. de
penn. in l. quicumque. 3. n. 16. pres. 46. C. de Apoch. publ.* Ubi-
que, ut cum Lactantio eloquar, custodienda veritas, quæ,

licet ad præsens insuavis ac molesta existat, tamen cum fructus ejus atq; utilitas apparuerit, non odium, uti Poëta canit, pariet, sed gratiam. Cujus enim aures clausæ veritati sunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus salus communiter desperanda est. Fide enim abrogatâ, ceu Liv. l. 9. Dec. 2. eleganter scribit, omnis humana societas tollitur. Nos, inquit ipse Imperator Justinianus, qui veritatem colimus, ea tantummodò volumus in nostris esse LL. quæ re ipsâ obtinent, l. un. C. de dedit. libert. toll. Mentiri DEO homines possunt, quia mali sunt, fallere non possunt. Ergo Judex veritatem, quæ rerum gestarum erroribus non vitatur, semper & usque studiosissimè adhibere, processusq; fluxum nullatenus impedire, sed potius maturando promovere debet, vid. Auffgerichtete Reformation guter Pollicey zu Augsp. de Anno 1548. tit. von Richtern: Als auch vielmahls sich begiebet / daß die Partheyen / so an den Gerichten in Rechtfertigung stehen / nicht ohne merckliche Beschwerde und Nachtheil zu zeiten durch die Richter gefähret und vorsehlicher weise auffgehalten werden / &c. So wollen wir allen Obrigkeiten hiemite aufflegen und befohlen haben / in dem ein gebührlisches einsehen zu thun / und bey ihren Richtern zu verfügen / daß sie den Partheyen auff ihr ansuchen jederzeit schleunigen Rechtens förderlich und unverzüglich verheiffen und mittheilen / bey Vermeidung ernster und unnachlässiger Poen. vermüge der Rechte / und sonst nach Gestalt und Gelegenheit der Personen und Sachen. Quid ergo tam temerarium, tamq; indignum sapientis gravitate atque constantiâ, quàm aut falsum sentire, aut, quod non satis exploratè perceptum sit cognitumvé, sine ullâ dubitatione defendere? Cic. 1. de Natur. Deor. & L. L. Imò, quid est stultiùs, quàm incerta pro certis habere, falsaq; pro veris. Judex itaque examinet prius causas, nec citò facili credulitate ad falsas protrahatur, sed potius suspensam sententiam teneat, legitimumq; cognitionis ordinem & processum tueatur: Assiduâ namque mente illud, quod Cæsar Augustus crebrò, uti Sueton.

ton. in ejus vitâ c. 25. narrat, *ἡ ἐὺ δε βεγδῆως*, volu-
tandum est: fat enim celeriter fit, quicquid fit satis bene.
Exinde quoque festinatio nimia, modò improvida, mo-
dò cœca, modò noverca justitiæ & consilii, modò pru-
dentia pestis & temeritatis mater, judiciorum imò labes,
& quæ alia ejusmodi sunt encomia, dicitur. Hinc Thu-
cyd. l. 3. *Existimamus*, inquit, *has duas res maximè contrarias*
esse consilio, festinationem & iram, quorum alterum sine cogitatione
est, alterum v. errantes impetus brevemq; cogitationem habet, quum
præcipitata consilia neque revocari, neque in integrum restitui possint.
Liv. 31. Quæq; lento gradu fiunt, opinione diuturniora
sunt. Cunctanter propterea ac diu ex monitu Principis
Eruditionis Senecæ consulendum, mox autem celeriter
agendum, vid. c. 11. Syr. v. 7. & 8. & c. 20. v. 4. Boni nam-
que Judicis officium est, non præcipitare judicium, sed
partem utramque benignè & sufficienter audire, id quod
etiam in Heliastarum juramento apud Demosthenem ex-
primitur, hisce verbis: *Utramque partem, affirmantem &*
negantem ex æquo audiam. Et non ignotus est hac in re Pho-
cylidis versus numero 84.

Μὴτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκῆσῃς.
i. e. *Ne de lite pronuncies prius, nisi utramque partem audieris.*
Hinc Imperat. l. 9. C. de judiciis. *Judices oportet imprimis rei*
qualitatem plenâ inquisitione discutere, & tunc utramque partem
sapius interrogare, nunquid novi addere desiderent, cum hoc ipsum
ad alterutram partem proficiat, sive definienda causa per Judicem,
sive ad majorem potestatem referenda sit. (10.) **MUNERUM**
RECUSATIO ET ABOMINATIO: Munera nam-
que excœcant Sapientes & subvertunt causas verbaq; ju-
storum. Exod. 23, 8. Deut. 16, 19. Psal. 15, 5. Prov. 15, 27. 1. Sam.
12, 3. Eccl. 20, 31. Hiob. 15, 34. Nicol. Boer. decis. 147. n. 6. Cotbm.
Resp. 1. n. 370. Unde Augustinus *Lucrum in arcâ damnatum in*
conscientiâ appellare solitus est, & Nazianz. Lucrum ex sce-
lere

leve arrham infortunii, similiter pronunciavit. Græcè *ἀτιμία*,
i. e. pecuniæ acceptio justitiæ veritatisq; est prævarica-
tio. c. *qui rectè*. 11. q. 2. Hûc quadrat subsequens:

Deviat à vero corruptus munere Judex,

Falsidicumq; facit impia Gaza pium.

Et rectè Horat. 1. 2. Sat. 2. Malè verum examinat omnis
corruptus Judex. Inde largitio à Philippo corruptela di-
cta est. Fit enim deterior, qui accipit, atque ad idem
semper expectandum paratior. Cic. 2. off. vid. exemplum
Act. 24, 24. & seqq. Ipse Imperator Justinianus Nov. 17.
c. 1. sic rescribit: *Oportet te purè sumentem administrationem
& sine omni suffragio præ omnibus aliis mundas servare D E O, No-
bisq; & Legi manus, & nullum contingere lucrum.* Nov. 82. c. 9. in
fin. DEUS enim ubique eorum, qui judicant, & quibus
judicatur, & qui testimonium præbent animabus, inspe-
ctor est; Nov. 90. c. 9. justitiam æquitatemq; ergo per o-
mnia honoremus. Nov. 97. c. 1. Nov. 24. c. 2. Avaritia se-
cundum Salust. morbus insanabilis, & animum effœmi-
nans omnesq; sensus hebetans, omniumq; malorum ma-
ter & radix est. Imp. Justinianus Nov. 8. §. 1. in præf. Ava-
ritia (quam D. Augustin. *Novercam justitiæ & Nutricem geber-
ne* denominat) & cupiditate judiciū pvertitur humanum.
c. *quatuor*. 11. q. 2. Nullumq; officium tam sanctum inve-
nitur atque solemne, quod non avaritia, gloriam offu-
scans, virtutes & doctrinas obscurans, testimoniumq;
corrumpens, commovere atque violare valeat, Cic. *pro
Quint.* Unde etiam proverbium Græcorum, si lanceis
argenteis pugnaveris, & victoriam obtinebis, & ultra
cœptum etiam progrediëris, ortum suum traxit. Et Leo
Pontifex de Passione DOMINI Serm. 9. sic disserit: *Nul-
lum esse illo in corde justitiæ vestigium, in quo sibi (exemplo Judæ
Ischar.) avaritia fecit habitaculum;* Corruptus quandoqui-
dem Judex constans non manet commodorum publico-
rum

rum populiq; salutis, quæ tamen suprema lex esto: Ad-
hæc Avarus gratus auri molem, quam justitiæ solem in-
tuetur, *c. sicut. distinct. 47.* Atque sic acceptatio pecuniæ
justitiæ veritatisq; verissima prævaricatio est. *c. q. recte.*
11. q. 2. præmium dignissimum ac solemne ostenditur ex
subsequentibus: Der Richter soll gleich gewogen seyn dem Beslaga-
ten und dem Kläger: Denn welcher um einiger Mag. Sip oder Freunds-
schafft willen Gottes (der denn die Gerechtigkeit selber ist) Recht verkeh-
ret / dem wird dasjenige / so er Nuzens davon bekommen / in Bitterkeit
der ewigen Verdammniß unaußbleiblichen verwandelt werden / *Sachsensp.*
lib. 1. art. 26. in gl. sub n. 8. Concordat Joh. Bugenh. *poem. in*
Commen. ad Hiob. Syr. 41, 12. Esa. 1. 23. & c. 5, 23. & seqq. Deut.
27, 19. & 25. Prov. 17, 2. Judicem, qui ob rem dicendam pecu-
niam accepisse convictus est, Lex XII. tab. capite punit.
Pessimum enim delictum est, venalem habere justitiam.
Lex igitur tam severam constituit pœnam, capitis nempe.
Vult siquidem, Judicem puras habere manus, ne quid ob
administrandam justitiam & veritatem tuendam pecuniæ
accipiat. Qui namque jus dicit, nihil magis curare debet,
quàm ut rem ipsam sine ullo iniquitatis aut contumaciæ
furo dicat. *Instit. de off. jud. (11.) AFFECTUUM MO-*
TUUMQVE COMPRESSIO, quæ pestem in judiciis
effectivè repræsentare solent, & à Judice longè abesse
debent, *Prov. 17, 15. & 23. it. cap. 18, 5. & cap. 24, 23. & cap.*
28, 21. remq; consilio & cogitatione videre non sinunt,
unico q. verbo *περσωπωλησια* dicta à Schotano *in Exam.*
jurid. part. 1. pag. 3. i. e. quando sine justâ ratione aliter jus
redditur in hæc, quàm in aliâ personâ, sc. ex fervore vel
odio personæ tantùm, vel ex alio principio, quod ab æ-
quitate & justitiâ non comprobatur, exemplo Ananiæ
Pontificis Hierosolymitani. *Actor. 23. v. 2. & seqq.* Judices
itaque honesti à jam dicto vitio alieni eligantur, qui liti-
gaturientibus bono exemplo præluccant, & jus, quod in
E alios

alios reddunt, ferant. *Landv. lib. 3. art. 30. Weichb. art. 16. in
 gl. Lehnr. c. 95. in gl. post princ. § c. 11. ante fin. gl.* Multumq̄
 benè suadente Cic. *1. off.* elaborandum est, ne animi mo-
 tus à naturâ recedant: Quod assequemur, si cavebimus,
 ne in perturbationes atque exanimationes incidamus, &
 si attentos animos ad decori conservationem tenebimus.
 Temeritas enim, secundùm Senecam est, damnare, quod
 nescias. Et, quemadmodum in omni vitâ rectissimè præ-
 cipitur, ut perturbationes fugiamus, i. e. motus animi ni-
 mios, rationi non obtemperantes; Sic ejusmodi moribus
 fermo vacare debet, ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua
 aut pigritia, aut ignavia, aut quid tale appareat, prohi-
 benda & cavenda maximè est, inquit Cic. *l. 1. de off.* ira in-
 puniendo: Nunquam enim iratus, ad poenam accedens,
 mediocritatem illam, quæ est inter nimium & parum, te-
 nebit. Nullo ergo signo Judex mentem denudare de-
 bet. Judex quippe, qui auris sibilum patitur, meritò su-
 spectus habetur, nisi, quod in aure audit, publicè profe-
 rat. Quàm severè autem Judici & Assessoribus Came-
 ræ Spirensis, & per consequens omnibus, respectus po-
 tentiæ, gratiæ & odii prohibeatur, ex ipsa *Ordin. Cam.
 p. 1. tit. 13.* luculentissimè apparet, verba ibi sunt, §. Es
 sollen auch die Besizer an solchen (nemlich der Administration gleich
 durchgehender Justiz) sich weder Furcht / Bedrängung / Gewalt / Be-
 fehllich / Geschäfte oder andere Sachen verhindern lassen / sondern män-
 niglich / wes Würden oder Standes der auch sey / ohne einige sondere Af-
 fektion, bey und vermöge obangeregter ihrer Pflichten / gleichmässig Rede
 sprechen und mittheilen. Hæc q̄ est illa Magnanimitas, quæ
 in Judice eminere debet. Judex enim liberè, seposito
 omni timore, sententiam ferre, jus justitiãq̄ ex totis vi-
 ribus defendere ac administrare, malos & facinorosos
 absque ullo personarum respectu poenâ dignâ afficere,
Prov. 31. v. 8. 9. jus strictum, (certo tamen respectu & con-
 tem-

templando illud vulgare; Jus summum, summa sæpè in-
juria est,) moderari secundum Imperat. Constant. & Li-
cin. sententiam l. 8. C. de judiciis. officio suo sedulo præ-
esse, Acta quorumlibet generum cum judicio perlegere,
in executionibus cautum se præbere, nec metuere debet
illud Terentii, *Andr. Act. 1. sc. 1.* Obsequium amicos, ve-
ritas odium parit; plaris quippe faciendus DEUS de con-
scientiâ, quàm totus mundi furor ac vesania, *Abel Strassb.*
conf. 11. n. 14. Jacob Thoming *conf. 8. n. 14.* *Koheschuk lib. 1.*
art. 34. n. 9 *Rönig. c. 3. n. 2. & 3.* Adhæc metus omnis in
judice turpis est. Quamvis etiam secundum illud tritum
Judex tot amicos & inimicos habeat, quot sententias pro-
fert. Insuper etiam socordix se non dedere, neque alii
injuriam facere debet. *Lehr. c. 70. in gl. it. lib. 3. art. 30. & c.*
68. gl. in fin. Conscientia illatæ enim injuriæ damnat.
Autorem, licet nemo judex pronunciet. Amicitia etiam
quàm procul ab sit. In judicando namque amici persona
consideranda non est; Ideòq; rectè juxta *Cic. 3. off.* ponit
personam amici, cum Judicis induit. Neminem injuriâ affi-
cias, quia cicadæ canent hoc in campis, i. e. pauperes op-
pressi in suis agris sonant has querelas, & movent Deum,
ut puniat Tyrannos. Ne sit ullus respectus personarum
in judicio, sed illibato judicium procedat, fideliter omnes
Judices admonet Evangelista *Joh. c. 7. v. 24.* Icti & Ju-
dices, ut paucis omnia complectar, sint Trebatii, h. e. in-
regri, boni & prudentes viri, *Myns. pr. Instit. de Codicil. n. 3.*
Imperator Aurelius respondere solebat, quod mihi jam
narratur à Consule Fulvio, ad id jam non datur respon-
sum usque in crastinum, tunc enim responsio mea matu-
rior, & illius ira sedatior erit. Nemo illud affectare de-
bet, in quo ipse intelligat infirmitatem suam alteri pericu-
losam. l. *idem. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Ut namque multorum
innocentia conspiratione malevolorum evertitur, sic
E 2 mul-

multorum obretractio unius virtutem sæpè devincit.
Totiusq; injustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui
tum, cùm maximè fallunt, id agunt, ut boni viri esse vi-
deantur. Cicer. lib. 1. de off. Unde Excell. Dn. Bœclerus
Diss. de Amnest. cap. 2. §. 26. ex Antocidæ Orat. de myster. Jura-
mentum Judicum Atheniensium usitatum adducit h. m.
Non retinebo memoriam injuriarum, neque aliter per-
suaderi sinam mihi, quò secundùm LL. latas minùs judi-
cem. (12.) TEMPERANTIA SIVE SOBRIE-
TAS. Sobrium Judicem ante judicium esse non dedecet,
ut ad ea, quæ in judicium cadunt, ingenii aciem eò com-
modiùs extendere possit. Weichb. artic. 42. in gl. circa fin.
Prov. 31. v. 4. 5. Aliàs, quod in corde est sobrii, hoc in lin-
gvâ ebrii est. Hinc Horat: haud incongruè

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Et alius:

Res est ebrietas insani plena furoris,

Si pius esse vales, sobrius esse stude.

Vid. Ephes. 5. v. 18. in Esa. c. 28. v. 7. De ebriis Judicibus ex-
pressè dicitur, quod absorpti à vino errent & impingant in
sententiam, quod Megalander noster Luth. ita nervosè
transtulit: Sie köcken die Brithel heraus. Ibiq; scholion simul
subseqv. in marg. legitur: Ein trunckener Richter speyet ein Br-
ithel heraus/ wie es ihm ins Maul fällt: Et B. Hieron. alibi: Wir
können nicht zugleich voll Weins und des H. Geistes seyn/ Prov. 23. v. 10.
1. Cor. 6, 9. & 10. Basilus calculum suum illis addit, dicen-
do: Ebrietas Spiritum S. expellit. Ut & Augustinus:
Cùm ebrius vinum exhaurit, ipse à vino absorbetur. Imò
ebrietas mater est Libidinis & foedisimiarum volupta-
rum. Inde Origenes de Lotho super Genesin in Hom. 6. c. 19.
breviter literis ita prodit: Die Trunckenheit hat den über den
Föspel geworffen und zu fälle bracht / welchen das ganze Sodoma nicht
berriegen kunte; Der wird verbrant von Weiber-flammen / welchen die
schwe.

schwefelichte Enzündung und Dunst nicht verzehret hat. Exempli
ulterioris loco impudicos atque injustos, quales non esse
non possunt ebrietati dediti, castissima Susanna nobis ex-
hibet, ut aliorum hinc obticeam: Mens namque, quæ lu-
xuriâ delectatur, excœcatur. Ac reverà vitia, quæ ex ni-
miis meri haustibus generantur, si virtute effrenis rabiei
in homine coalescendo durefcunt, mansionem dein suam
quoque penes eum servant, quamvis ille abstemium se-
riò agere conetur, uti ex vitâ Alcibiadis, Antonii & alio-
rum, præcipuè verò ex Proverbiorum contentis c. 20. v. 1.
& c. 31. v. 4. 5. Esa. 5. v. 11. & 12. satis liquet.

XI. Perspectis hætenus bonis animi in iudice neces-
sariis iisq; principalibus, meritò jam nos ad minùs princi-
palia, corporis nimirum & ætatis, quibus nostrum etiam
præditum cupimus iudicem, pergimus & disquirimus,
qui dari iudices possint? Cùm pulchritudo, quod vulgò
dicitur, ad inflectendos hominum sensus animosque de-
vinciendos valida, exemplo Absolonis. 2. Sam. 15, v. 2. &
seqq. Ista autem pulchritudo non sit muliebris, sed virilis,
quæ in justâ membrorum proportione sita est. Non au-
tem omnes iudices dari possunt ab his, qui iudicis dandi
jus habent: Quidam enim lege impediuntur, ne iudices
sint, quidam naturâ, quidam moribus. Lege impedi-
tur (1.) qui Senatu motus est, l. 2. ff. de Senator. ubi Mornac. in
obs. pag. 32. Hoc tamen intelligendum venit de eo, qui ob
turpitudinem quandam cingulo solutus est, ideo etiam
testis esse nequit. Sin verò Senatorum numerus nimium
auctus, diminuat, talem jam dictum à iudicandi munere
arceri nequaquam posse tradit, Greg. Tholos. in Synt. juris. lib.
47. c. 10. n. 3. (2.) Legum ignarus causarumque experi-
mentum non habens, i. e. neque quid sit justum, neque
ejus observationes sciens, ceu ipse Imperator Justin. mo-
net, Nov. 82. pr. & c. 1. ut & 11. Ideoque per se scire debet,
E 3 quid.

quid justum sit, ne aliunde, ut Imperatoris monitu hic u-
tar, hoc emendicare necesse habeat, cum in ferenda & de-
cidenda sententia legum requiratur noticia. Quod ta-
men praxis non semper observat, *Carpz. lib. 3. Respon. 5. n. 5.*
ratio, quia alios consulere potest, *Felin. n. 8. in cap. suscitus.*
X. de Rescript. Jason. in l. certi juris C. de judiciis. magistratum
ergo mori veteri Præsidium provinciarum agere possunt.
Coras. Miscell. lib. 5. cap. 19. utcumq; tamen ad interesse par-
ti læsæ tenetur, qui per imperitiam malè judicavit, *Carpz.*
lib. 2. Resp. 64. n. 6. l. 29. sub fin. C. de testib. Zang. p. 2. c. 4. n. 52.
Et Bachov. ad Treutl. Disp. 12. §. 7. Et seq. lit. D. Imperitè enim
jus reddendo non tam componuntur, quàm excitantur
lites. (3.) Sacerdotes, in rebus sc. politicis & secularibus,
sive in causis Laicorum. Nam D E O militans, minimè
semet negotiis secularibus implicare debet, *c. cum ad verum.*
distinct. 96. Et certè absurdum est, si promiscuis actibus
rerum turbentur officia, & aliis creditum alii subtrahant,
præcipuè verò Clerici, quibus opprobrium est, si peritos
se velint disceptationum esse forensium. *l. 41. C. de Episc.*
Et cler. l. 23. C. de Testam. ubi temeratoribus hujus Sanctio-
nis poena quinquaginta librarum auri constituta est. *vid.*
Nov 123. c. 6. Et l. 32. §. 4. ff. de recept. qui arbitr. recep. Aliud verò
est in Ecclesiasticis. *lib. 23. C. de testib. l. 28. §. fin. C. de Episc.*
Et Cler. c. 4. Decret. lib. 3. tit. 49. Ne Clerici vel Monachi Secular.
Negot. se immisc. Clericis etiam *eod. c. 5.* in sacris ordinibus
constitutis ex concilio Toletano judicium sanguinis agi-
tare non licet. Sic etiam judex secularis causam matri-
monialem ad Episcopum remittere debet. Magistratui
tamen politico sæpe dicti Lutheri nostri fidelissimum
monitum studiosè curandum est: sic enim aliquo discursu
suorum convivalium de Banno disserit: Die Welt-
liche Obrigkeit/ die in diesem Stück/ den Wahn belangende / nicht thut /
was ihr Ampt erfordert/ und öffentliche ärgernisse nicht ernstlich straffer/
wie

wie sie schuldig ist/ sündiget gar schwerlich. Und / wo sie über das der
Kirchen Censur und Straffe hindert/ und wil den Mann / wie denselbers
Christus Joh. 20. Matth. 18. und Paulus 1. Cor. 5. Joh. 1. & 2. einge-
setzt und befohlen haben / nicht gestatten / noch gehen lassen/ fördern/ hegen
und hilfft also zu ärgermissen/ so wird sie auß Gottes Dienerin des leidli-
gen Teufels in der Hölle leibzeigener Knecht/ *re. huc pertinet l. 33. in fin.*
C. de Episc. & Cler. Non tamen vicissim à Laicorum juris-
dictione omninò justè exempti sunt Clerici, *per c. si diligen-*
ti. 12. de for. compet. Matth. 20. v. 25. & seqq. Marc. 10. v. 42. &
seq. Luc. 22. v. 25. Rom. 13. pr. Neque Clericus venditor in
judicio ad defendendum emptorem comparens privile-
gium fori rectè allegat. *Myns. 1. obs. 22. n. 7. it. l. 1. C. ubi in*
rem act. exerc. deb. (4.) Excommunicati & infames. Vant.
de Nullit. si. 44. Treutl. vol. 1. Diss. 12. §. 7. lit. D. Limitantur
tamen ab Ulpian. & Pomp. *l. 1. §. 10. in fin. ff. de postul. resti-*
tutione in integrum, quoniam aliàs contra infamem certā
ex scientiā à Principe datum ne quidem excipi possit,
arg. l. 57. ff. de re judic. vid. Gail. 2. obs. 1. n. 9. It. perjuriosi,
Judæi, Hæretici vel Ethnici & inuzorati, *Sachsensp. lib. 1.*
art. 55. in gl. circa fin. & Weichb. art. 11. & Lehnr. c. 67. in gl. fin.
(5.) Milites, ipso actu militantes, *l. 16. C. de re milit. cum hñ*
ab oneribus vacationem habeant. l. 3. §. 1. ff. de muner. &
honor. Magis enim arma, quàm jura scire præsumuntur,
l. fin. C. de jur. de liber. Si verò militiae & privilegiis omni-
bus renunciaverint, hæc exceptio illis nullatenus obviat.
l. 16. C. de re milit. Et viros militares, honestè missos, judi-
ces atq; Magistratus fuisse, probatur, *l. 17. C. de judic.* Ex-
cipe Judicium militare, vulgò, das Krieges Recht / in eo
enim & Præfidum & Adsesorum munere fungi possunt.
(6.) Pauperes, *l. 6. ff. de Muner. & honor.* Quamvis d. l.
propriè loquatur de Decurionibus, & propterea indistin-
ctè ad Judices inferri nequeat, maximè, quod aliàs ob pau-
pertatem nemo sit repellendus, *l. 4. C. de div. off. Gail. 2.*
obs. 95. n. 19. Si tamen Judex noster bonis fortunæ & fa-
mæ

mæ conjunctim præditus extiterit, etiam majorem auctoritatem consequetur. Et quidem, si pecuniâ eminentis sit, non facilè se muneribus corrumpi patietur. Rectè siquidem Aristot. *lib. 2. pol. c. 14.* inquit: Homines valde pauperes propter egestatem venales esse. Quid verò Judicium turpius, quàm largitionibus decipi ac corrumpi? Iccircò Imperator Carolus Magnus juri dicundo nullos fermè alios præfecit, quàm Comites, putans, genere Nobiles & opibus pollentes magis integrè castèq; justitiam administrare, àq; muneribus incorruptiores permanere. An ergo divites egenis in electione præferendi sint, *vid. Reinking. Tr. de reg. sec. lib. 2. c. 12. n. 19. & seqq.*

XII. Naturâ judices esse prohibentur, (1.) perpetuò Furiosi, quia mente carent, eorumque nullum est velle, *l. 40. ff. de R. J. §. 8. Instit. de inuul. stipulat.* unde nec contrahere posse dicuntur, *l. 63. ff. de acquir. vel amitt. hered. l. 3. C. de Curat. Furios.* quod tamen Dd. in eo, qui dilucida intervalla habet, communiter limitant, *per l. 46. ff. de judic.* Sic hujus Testamentum consistere patet ex *§. 1. Instit. quib. non est permifs. fac. Testam. Hillig. in Donell. lib. 17. c. 24. Zang. de Except. part. 2. cap. 4. n. 37. Scot. p. 227. l. 12. §. 2. ff. de judic.* (2.) Surdi, hi furiosis non iniquè æque parantur, *d. l. 12.* Et si enim hi loqui, & sic, quod mente perceperint, verbis proferre possint; Tamen, quum in judice requiratur præter id, causæ cognitio *l. 2. C. de sent. ex prævic. recit.* Surdi autem audiendi facultate careant, optimè provisum, ne munere tam arduo fungantur, *l. 12. ff. b. t. Vultej. ad §. 1. Instit. de action. Zang. d. l. n. 42.* Surdaster tamen ab allegatis Dd. locisq; allegatis & Marant. *part. 6. vers. Apellatio. n. 24. cum seq. excipitur.* (3.) Muti, quoniam Judicis officium non solùm cognitionem, sed etiam pronunciationem requirit. *l. 2. de sent. ex brev. recit.* quod, cum lingvâ fieri debeat, eâ verò uti hi nequeant, rectè repelluntur, *Zang. d. l. & l. 12.*

l. 12. d. 1. (4) Impuberes, quia Judicis officio, quod munus publicum est, exercendo præesse nequeunt, l. 48. ff. de re judic. l. 2. ff. de R. J. Hi enim non multum à furiosis distant, iisq; æquiparantur, l. 1. §. 2. ff. de administr. & peric. tutor. l. 18. C. de jure deliber. Et incivile certè est, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & intellectum non habent, ad res vel publicè vel privatim gerendas adhiberi. Confer. c. 24. Josua v. 1. & 37. Fallit tamen hæc regula in Regibus Principibusq; impuberibus; hi enim mortuis parentibus in regno succedunt, uti notatur in c. grandi. de supplend. neglig. prelat. Bald. in l. ult. C. de Testam. milit. & tunc per Tutorem regnum interea administratur, donec ipsi ad plenam pubertatem perveniant, & idonei ac habiles ad regnum efficiantur. Oldrad. conf. 52. (5.) Adultis & Exephebis octodecim annis minoribus, etsi aliàs actus perfectioni proximus pro perfecto habeatur, tamen, cum horum judicium etiam fragile, multisq; captionibus obnoxium, ac Reip. bona adolescentibus, qui ne proprio quidem patrimonio censentur idonei, committi periculosum sit, judicii directionem similiter inhiberi, constat ex l. 1. ff. de Min. 25. anni. Vid. Hillig. in Don. lib. 17. c. 24. lit. G. Bachov. in Treutl. disp. 12. §. 7. & seq. Sachsensp. lib. 1. art. 55. in gl. circa fin. Weichb. art. 11. & Lehnr. c. 57. in gl. cum enim ad Reipubl. gubernacula temerarii atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia eveniunt. Cat. Maj. Ac nisi consilium, ratio, sententia essent in senibus, non summum consilium Majores nostri appellassent Senatum. Maximas Respub. per Adolescentulos labefactas, à Senibus sustentatas reperio. Sicut enim novi Cytharædi multas cytharas corrumpunt, ita juvenes gubernatores Resp. evertunt. Et Nazianzen. laudat nauticam legem, quâ nemo admittitur ad gubernacula, nisi, qui prius diu ad re-

F

mos

mos federit. Concord. c. 25. Syr. v. 6. 7. 8. Et quamvis minor
18. annis certâ ex scientiâ ab ipso Principe constitutus sit,
Judex tamen esse prohibetur: Naturalem namque in eâ
ætate judicii consiliûq; imbecillitatem supplere auctori-
tas Principis non potest. l. 57. ff. de judic. Est q; prover-
bium. *Ne puero gladium.* Sed ante 20. tamen annos cogi
ad judicandi munus (alioqui publicum & necessarium)
non potest. Neque arbitri officio fungi majus propter
periculum, eò, quòd ab ejus sententiâ non appelletur, l.
cum lege. 41. ff. de receptis arbitr. Quemadmodum regulariter
minores ab administratione Reipub. prohibentur, quia
sc. ea magis prudentiâ, quàm doctrinâ perficitur. Pru-
dentiam autem perficit usus, qui seris ab annis venit, &
quamvis judicandi munus magis impletur doctrinâ juris,
quæ etiam in juniores cadit, Bronchorst. cent. 1. Assert. 95.
tamen meritò præfertur adultior, cum temeritas floren-
tis ætatis sit prudentia senectutis, vid. hist. Rebab. 1. Reg. 12,
v. 6. & seqq. Interea inter Magistratum seu judicem ordi-
narium & delegatum decenter distinguendum erit. Ju-
dex namq; delegatus esse potest, si annorum sit 18. quod
probo per l. quidam. 57. ff. de re judic. ubi dicitur, senten-
tiam à minore 25. annis latam, valere, si annorum 18. sit.
Secus infra eam ætatem, tum n. judicare non potest, l. d. &
l. 12. §. 2. verb. impubes; hic ubi gl. notabilis. l. pen. C. qui et. vel pro-
fess. se excus. Cuj. 17. obs. 30. nisi Judex datus sit à Principe,
quo casu is veniam ætatis concedere ac defectum supple-
re, omniaq; ab eo facta valere decrevisse videtur, vel, ni-
si litigantes in ejus personam ipsi consenserint, d. l. quidam.
Wesemb. w. C. de arbitr. Illud autem notandum, majo-
rem ætatem requiri in arbitro compromissario, quàm ju-
dice dato: Nam arbiter debet esse major 20. annis, l. cum
lege. 41. ff. de arbitr. ubi dicitur, non valere laudum latum,
ab arbitro minore 20. annis, & ex eo pœnam non com-
mitti,

mitti, ratio diversitatis est, quia gravius subest periculum
in sententiâ arbitri compromissarii, quàm judicis; Sen-
tentia enim judicis multis remediis corrigi potest, puta
appellatione, supplicatione & revisione: Arbitri verò
sententia solâ poenæ solutione evitari, neque ab arbitri
sententiâ appellari potest. Major igitur ætas requiritur
in arbitro, ne partes in promptum periculum, propter
ignorantiam arbitratorum incidant, *gl. inc. cum vigesimum. X.
de pot. & off. deleg.* Augustus tamen, teste Suetonio, à tri-
cesimo ætatis anno iudices allegit. (6.) Cœci iudices
dari possunt, quia in iudice nihil præter iudicium, pru-
dentiam, doctrinam & virtutem, &c. requirimus. Cæcus
autem iudicio non caret: justum enim ab injusto, æquum
ab iniqvo rectè discernere potest, *l. cum prætor. 12. §. 2. ff.
de iudic.* Imò vi iudicii cœci præpollent reliquis, quoniam
objecta non perturbant sensus oculorum. Et quamvis
l. 1. §. casum. ff. de postul. nobis contrariari videatur, quan-
do illic dicitur, cœcum acceptum Magistratum retinere,
sed ad novum adspirare non posse; rationem nobis sup-
peditat *l. rescripto. 6. ff. de muner. & honor.* ac per iudicem
fieri debeant, quæ cœco à iudice legitimè expediri non
possent. Exempli gratiâ, ex scripto iudex cœcus sen-
tentiam recitare, quod tamen ad validitatem sententiæ
requiritur, nequit, *l. 1. §. ult. C. de sent. ex brev. recit. it.* quo-
ries de finibus agrorum controversia moveretur, iudex ipse
in rem præsentem venire & loca oculis subjicere debet,
quæ omnia verò à cœco nullo modo perfici & peragi
possunt, *l. si interruptione. 8. §. 1. ff. fin. regund.* Tamen talia
obstacula omnia parvi momenti ac ponderis sunt; Quan-
doquidem quod posterius attinet, ea omnia satis commo-
dè iudex per alios, puta adsesores iudicii, agri-mensores,
it. per Notarium publicum seu Actuarium juratum expe-
dire seu absolvere facillimè poterit. Hotoman. *in illustr.*

quest. quest. 38. Duaren. lib. 1. Diss. c. 24. Quod prius verò merito distinguimus cum Duareno & Treutl. vol. 1. Diss. 12. §. 7. lit. B. & C. inter Magistratum, in quo decoris & splendoris publici ratio habenda est, l. 1. §. 2. ff. de postulat. l. 6. ff. de mun. & honor. & inter Judicem, quo in nihil aliud requiritur, quàm judicium & prudentia &c. Quicquid autem sit, oculatum esse Judicem præstabilius esse, quàm oculis captum, cum Heidero l. 6. System. pol. 144. statuimus, si utriusque eligendi par habeatur ratio. Sin. v. alii ad judicia minùs sint idonei, oculo corporis quàm mentis carentem malumus constitui: cœcitas enim oculorum nihil nocet claritati ingenii, quo Judex censetur, Cic. 5. Tuscul. Quinimò apud Arcopagitas iudices nocturno judicabant, non cognitis aut visis litigatoribus, ne per oculos penetraret affectus aliquis, Tulden. in suo Comm. in C. lib. 3. tit. 4. n. 3. Democritus (inquit Cicero) luminibus amissis, alba sc. & atra discernere non poterat: at v. bona, mala, æqua, honesta, turpia, inutilia, utilia, magna, parva poterat. Eryc. putean. lib. de consolat. cœcit.

XIII. MORIBUS. Et sic (1.) Indigenas peregrinis præferri volumus. Nam caput est, ut Cic. ait, nosse Rempubl. & perspectos habere civium mores. Constat verò, advenas rarò ingeniorum, legum & totius Reipubl. statum percognitum habere, & quamvis habeant, plerumq; tamen non parilè erga Rempub. ejusq; membra favoris auram spirant, ejusq; salutem toto pectore ac ferriò procurant. Unde nota illa Lipsii in notis ad lib. 3. polit. c. 4. satis elegans est: *Ut in quam domum Vespillones veniunt, signum est funeris; Sic Reipublice labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini.* Sed hæc vicissim non absolutè dicta volumus, sed cum quadam determinatione. Si enim indigenæ & peregrini pari passu ambulent, meritò illis hi postponantur. Quod si extranei virtutibus præponderent,

rent,

rent, aut alioquin Respublica prudentum virorum penuria prematur, quidni exterorum potior habeatur ratio? In Italia enim talis hodie mos servatur, ut Judices ibi non indigenæ, sed peregrini eligantur. Thesaur. Decis. 168. (2.) Fœminæ (quarum regimen *Esa. 3. v. 12.* expressissimè abominatur & maledictioni quasi subicitur) judices constituti nequeunt. *l. 2. ff. de R. J. l. 12. ff. de judic. l. ult. C. de recept. arbit.* & quidem non abs re: Non enim impediuntur, ne Judices sint, quæ verba probè notanda sunt, ait Jctus, *quia non habent judicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur.* Munus earum est, ut curent familiam, liberos, servos, & quæ parta sunt à marito, sollicitè custodiant ex manu ductione, *Prov. cap. 31 à v. 12. usq; ad 30.* Bene ergò Hector ad Andromachen apud Homer. *Iliad. 6. v. 491. 492. & 493.* ait: *In domum vadens tua ipsius opera cura, telamq; columq;, & ancillas opus curare jube: Bellum (addimus nos & judicium) autem viris cura erit.* Si etenim fœminæ secundùm jura ab omnibus officiis & muneribus publicis remotæ esse debent, potius à Magistratibus remotæ maneat, idq; ex hac ratione, quòd pudori & sexui foemineo virilibus officiis se immiscere non conveniat. *l. 12. ff. de edend.* Alienamq; defensionem suscipere virile officium sit, & ultra sexum muliebrem esse constet. *l. 18. C. de Procurat.* Verùm hæc de communi rerum serie propriè intelligenda sunt. Quod si verò extra ordinem vel peculiaris virtus hunc sexum transcendat, vel diversum mos receptus requirat, ut refert Tholos. *l. 7. de Repub. c. 11. sect. 88.* nec illis hoc honoris emolumentum recusandum & invidendum est. Si namque jure hæreditario Regnum seu Ducatus à parentibus seu Magistratus ad Mulierem, Filiam fortè Regis vel Ducis sit delatum, quemadmodum in nonnullis Reginis Angliæ, Hispaniæ, Sveciæ, Scotiæ, Lusitaniæq; & Comitibus Mansfeldensium ac Solmen-

sum receptum videmus, tunc licitè & justè imperare ac
judicare possunt. Hillig. in Donell. lib. 17. c. 2. lit. B. Cabo-
tius lib. 1. Diss. c. 15. text. expr. in c. dilecti. 4. vers. quia tamen
consuetudo. X. de arbitr. Decius ad d. l. 2. n. 3. ubi refert, An-
glum vidisse Joannam Siciliae Reginam in solio sedentem,
& sententiam proferentem contra Dominos de Balfo.
Hinc foeminae jure Feudor. ad successiones Regnorum,
Ducatum & Comitatum admittuntur, hac tamen cum
cautelâ ac limitatione, si filii masculi (die Schwerdtmagen)
deficiant, cap. un. §. filia. de success. feud. in usib. feud. Con-
suetudo namque moribus approbata pro lege servanda
est. Quo jure itaque Principatum vel Comitatum tenere
possunt, etiam jurisdictionem exercebunt ei connexam,
Corasius ad l. societatem. 76. §. arbitratorum. n. 6. ff. pro Socio.
Adeoq; valet consuetudo mulieribus, si quae jurisdic-
tionem permiserit. c. Dilecti de Majorit. & obedient. & c. Dilecti
de arbitr. quo casu & in tales compromitti potest. Dec. ad l.
2. ff. de R. J. Ideoq; Imperator ex certâ scientiâ & juri ex-
pressè derogans foeminae dare jurisdictionem potest. A-
lex. lib. 5. cons. 24. quia non naturâ, sed moribus prohiben-
tur. l. cum praetor. 12. §. 2. ff. de judic. Phil. Franc. in c. mulie-
res. n. 3. de judic. in 6. cap. X. de Appellation. it. l. foeminas. 41.
ff. de procurator. Sicutiam Princeps scienter iis causam ali-
quam delegaverit. cap. cum devotissimus. 12. caus. 4. quest. 2.
gl. in cap. dilecti. 4. eod. sunt remota. X. de arbit. Pariter & ser-
vus Judex esse non potest, dum pro civiliter mortuo ha-
betur, l. 32. ff. de R. J. Marant. part. 4. dist. 20. n. 17. utilitatis
tamen causâ coram tali Judice Acta valere, probamus ex
l. Barbarius. 3. de off. praetor. cum Treutl. vol. 1. Diss. 12. §. 8.

XIV. Suprà thesi 9. atque nonnullis aliis præceden-
tibus officii Judicis mentio facta est, simulq; demonstra-
tum fuit, illud ulli alii, quàm Imperatori Romano, seu
summo Principi, jus gladii principaliter habenti, neuti-
quam

quam competere. Inde quaestio oritur, si Imperator vel Princeps, qui de jure communi judicem neminem, nisi DEUM agnoscit, vel ex contractu vel ex delicto obligatus id sponte non praestet, an jus adversus illum reddi possit? Et licet Lex Imperii, i.e. Lex Regia solemnibus juris, *l. 1. ff. de const. princ. §. 6. Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Imperatorem solvat: Qui namque Leges condendi potestatem habet, utique supra leges est & earum quasi Dominus; Nihil tamen tam proprium imperii est, quam legibus vivere; praecipue vero, quia Principem leges servare decet, *l. 23. ff. de Legat.* Ac iccirco digna vox est Majestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri, *l. 4. & 10. C. de LL. & Const. Princ. & Edict.* Non enim Princeps supra leges est, sed leges supra Principem sunt, seu legibus autoritas in homines, non hominibus in leges convenit. *Plin. in Panegy. ad Trajan.* Hinc illud Symmachi ad Imperatorem: *Plus apud vos justitia, quam licentia valet, in orat. pro vet. Deorum cult.* Hinc Principes eodem jure, quo privati utuntur, *l. Caesar. 15. ff. de publican. l. de contractu. 3. C. de rescind. vendit. c. 1. de natura feud. praerogativa Principis in contractibus fileet, cum illi proportionem Arithmetica censeantur. Bronchorst. cent. 1. ass. 11.* Notatuque non indignum venit, quod Tiberius Constantinus Imperator Mauritio genero suo imperium Graeco-Romanum tradens salutaris consilii loco svasit, dicens: *Hoc imperio tam diu felix uteris, quoad aequitatis justitiaeque tramites probe fideliterque observaveris.* Et quamvis Imperator sibi ipsi propria in causa, & quidem ob Majestatis praerogativam jus dicere possit, *l. & hoc. 41. ff. de hered. instituend. §. fin. Instit. de vulg. & pupill. substit. l. penult. ff. de his, quae in Testam. delent. Menoch. conf. 403.* quia nemo alius Judex esse potest, cum inferior in Superiorem imperium nullum habeat. *l. 4. ff. de recept. arbitr.* Moribus tamen imperii introductum, &

A Car.

A. Car. IV. Bull. confirmatum, ut Imperat. super causis,
quibus impetitus fuerit, coram Electore Palatino Rheni,
qui singulariter decore quodam privilegii cohonestatus
est, quod sit Judex Cæsaris, queat conveniri, A. B. in fin.
tit. 5. confer. l. 14. ff. de jurisdic. Schönborn. 5. Polit. c. 34.
Marq. Freher. de orig. Palatin. lib. 5. c. 15. in fin. Quin & ex-
tat in Weichbildo Saxonico, ab ipso Imp. Augustissimo
Carolo V. quod admirabundus vidi, confirmato, glosa,
in quâ & capitalis iudicii in Imperatorem processus & ex-
ecutio his verbis præscribitur: Wenn aber der Kaysers seiner
Gewalt zu' jemand's unrechtmäßiger Unterdrückung mißbrauchen / und
wie ein Tyrann regieren wolte / liegen im Wege die andern Fürsten bene-
benst den andern Ständen / darunter die Reichsstädte billich mit gerechnet
werden. Zuförderst aber die Churfürsten / welche gleichsam das Auge
im H. Röm. Reiche sind / die haben nicht allein Macht ihm einzureden /
mit Erinnerung des Endes / womit Ihre Kaysersl. Mantt. dem Reiche zu-
gethan und verwandt / sondern auch auß redlichen Ursachen Ihn durch die
Chur. Fürsten absetzen zu lassen. Ja / wenn die Verwirrung / specificirter
massen / darnach were / soll der Pfaltz Graff am Rhein ihm das Haupt mit
einer göldnen Barren über eines Schildes Rande abhauen. Weichb. art. 8.
Verum anilem hæc redolere fabulam scribit accuratissi-
mus Juris Publ. D. Joh. Limn. in suo jure publico lib. 3.
c. 9. n. 47. Quemadmodum etiam generale id effatum
de iudice Electore Palatino alii cum temperamento acci-
piunt, & ad causas tantum trahunt civiles. Vultej. in l. 1.
n. 7. C. ubi sen. vel clariss. civil. vel crim. conv. Hering. de Fidejuss.
c. 7. n. 291. Quoad prius verò notum est illud Ambrosii
ad Ps. 51 Liberi sunt Reges à vinculis delictorum. Neq;
enim ullis ad pœnam vocantur LL. tuti imperii potesta-
te. Videatur Grotius de Jure Bell & Pac. lib. 1. c. 7. num. 20.
Conferatur quoq; Salmasius in defens. reg. c. 2. 3. usq; 7. ubi
pluribus hanc Regum sanctitatem demonstrare conatur,
Adversarium nactus Joh. Milton. in defens. pro popu-
lo Anglic. ad d. c. 2. usq; 7. Neque tamen exinde, quod
Impe-

Imperator Judicem Electorem Palatinum habet, quicquam illius Majestati decerpitur, sicuti censuit Bodinus *lib. 1. de rep. c. 8.* potest enim major minoris jurisdictioni se voluntarie subicere. *l. 14. ff. de Jurisd.* Ita Reges Galliae à Parlamento, quod summum est Lutetiae Parisiorum, jus sibi dici patiuntur. Gothofr. *in l. un. C. ne quis in sua caus. jud. vel jus sibi dic.* Pariter quoque (ne de paribus curiae dicam inter Dominum & Vasallum judicantibus *lib. 2. Feud. tit. 39. §. si inter. lib. 1. Feud. t. 21. & 2. Feud. 55.*) Serenissimus ac Potentissimus Elector Saxoniae coram Suprema sua Lipsiensi Curia Electorali sese conveniri patitur. Et Archi-Duces Austriae, cum sint à jurisdictione immunes, ortis controversiis, aliquem ex suis Vasallis judicem, coram quo conveniantur & jus accipiant, constituunt. *Cuspin. in Austriac. p. 37.* Rex Bohemiae, respectu Silesiae, judicio subicitur Superiori Uratislaviensi, & respectu Ducatus Glogoviensis paribus Curiae istius Ducatus. *Schrad. part. 10. de Feud. sect. 1. n. 53.* Hinc Principes per Concilium supremum judicari jubent in crimine Majestatis. *Bus. ad l. 10. ff. de Jurisd.* Econtra Princeps Imperii (non specialiter privilegiatus) suum subditum in Cam. Imperiali, non coram propriis Consiliariis convenire debet, *Myns. cent. 15. obs. 1. Gail. lib. 1. obs. 1.*

XV. Judicis officium antea in ordinarium & extraordinarium distinctum fuit. Jam aliam porò produci-
mus, atque illud cum Dd. in Nobile & Mercenarium dividimus. Officium Nobile est, quod Judex suam, h. e. jurisdictionis autoritate exercet, etiamsi nulla proponatur actio, & interdum motu proprio, nemine petente. Officium Mercenarium verò est, quod actioni deservit, metaphoram ab obsequio famulitio sumpram. Sicuti enim operam suam locans bonam fide & libens eam praestat, nec alio modo, quam Dominus praescribit, ita Judex actionibus

G

in

in iudicium perductis aut perducendis, officium suum ultro quidem impertit, non tamen, nisi ad normam actionis, eâq; cessante, cessat, c. *Ædiles*. 25. §. *item sciendum*. 8. ff. de *Ædilitio Edicto*.

XVI. Judex igitur, qui boni & innocentis viri officio fungi debet, Ulp. in l. *cætera*. 4. §. 1. *Famil. Hercisc.* primæ partes sunt, curare, ut lites sine calumniâ procedant, l. *si extraneus*. 33. ff. de *jur. dot.* & licet officium suum, quod reverà latissimum est, (cuncta enim rimari & de omnibus inquirere. l. 9. C. de *judic.* rei qualitatem plenâ disquisitione excutere, l. *ubicunq;* ff. de *interrog.* partes litigantes audire, l. *un.* C. de *alienat. judic. mut. caus. facta.* Nov. 18. c. 8. C. de *pedan. judic.* Cujac. lib. 9. obs. 20. & implicita explicare debet, l. *meminisse*. 10. ff. de *off. Procons.*) non nisi imploratus impartiri teneatur, l. 4. §. *in hoc autem*. ff. de *damn. inf.* & ibi *Dd. it. l. fin.* C. de *fideicomm. libert.* hæc tamen regula multis in casibus, quos refert. Socin. in *Fall. reg. jur. reg.* 244. fallit, Mindan. l. 1. c. 1. membr. 3. Hillig. in *Donell. Carpz. in pr. crim.* p. 3. q. 103. num. 52. & seqq. & p. 1. c. 23. d. 1. n. 15 16. Si namque publica vertatur utilitas, Judex autoritate juris officium suum Nobile, proprio motu, nullâ etiam propositâ actione & nemine petente, exercere, & ob conscientiam (Alldieweil ein die übelthäter nicht nach den Gesetzen abstraffender Richter die Blutschulden im Lande häuffet und vermehret) in delicta atrociora inquirere & ea punire potest. Cæterum regulariter præter Judicem, Zas. & l. 1. ff. de *jurisd. Eccl.* 4. v. 9. & seqq. Weichb. art. 27. in *gl. pr.* necesse est, ut aliquis sit Actor, qui principium actioni faciat, & ad iudicium provocet, nemo quandoquidem invitus ad agendum compellitur., tot. t. C. *ut nemo invit. nisi ex l. diffamari.* C. de *ingen. manumiss.* eo enim casu diffamans diffamatione suâ tacitè ad iudicium provocat, vid. König in *proc.* pag. 5. Actorem Reus, qui excipiendo deinde Actor fit, & quem rectè di-

ci

ei posse fugientem contra Bachov. cum Wesemb. *cc. ff. de judic.* defendimus, necessariò, si aliter iudicis citantis jurisdictioni vel directò subjectus, vel indirectò per literas mutui compassus & jur. subsidial. durch Compass- und Hülffs-Brieffe citatus est, sequitur. Et licet in rem etiam invitum iudicium reddatur. *l. 83. §. 1. ff. de verb. oblig. We. semb. cc. b. t.* Semper tamen ante & sufficienter quidem audiendus est, cum defensio juris naturalis sit, *l. ut vim. ff. de just. & jur.* & idcirco non saltem hominibus competat, sed etiam brutis animalibus, *Francisc. Zoannet. in tr. suo Def. part. 1. n. 3. ad d. l. ut vim. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. pauper. fec. dic.* Imò nec ipsi Diabolo denegari debeat, *Coepoll. conf. crim. 44. n. 4. & conf. 66. n. 3. Reusn. lib. 3. conf. 4. n. 8.* Si verò ipsi Judici injuria facta sit, distingvendum est, ut, si ea ad privatam ejus læsionem spectat, non possit judicare, & proprii doloris æstimator ac ultor esse, *d. l. un. C. ne quis in suâ caus.* Si verò ipsi, quæ Judici & personæ publicæ, injuria facta est, veluti in ipso tribunali, vel jurisdictione ejus violatâ, veluti, si quis jussui ejus per contumaciam non obtemperet, aut licitoribus ejus resistat, poterit ipse judicare, *l. 1. ff. si quis jus dic. non obtem. Zoarez. recept. Sentent. lit. C.* Quin nec morte iudicis hæc executio distingvetur, sed successor in dignitate competet. Ea quippe perpetua eiq; facta injuria est, *Costal. ad l. proponebatur. 76. de judic.*

XVII. Perspeximus hætenus personarum principalium, iudicium constituentium, condiciones ac qualitates, nunc etiam minùs principales sive accessorix, quæ in iudicio adesse vel abesse possunt, illis accedunt. Ad Judicem quidam consultandi, quidam iudicii instruendi causâ accedunt. Consultandi causâ accedunt Assesores, qui sunt Jcti, Judici in iudicio causæ cognoscendæ & rectè iudicandæ causâ asfidentes, *l. 1. & penult. it. l.*

*fin. ff. de off. Assess. l. 2. ff. quod quisq; jur. l. fin. C. de crim. Sa-
cileg. quos Jurisperitos esse oportet, quippe, qui non
ob dolum tantum, sed etiam suam ob imperitiam, si male
judicatum sit, teneantur. d. l. 2. ff. quod quisq; jur. Hiq; o-
lim eò adhibebantur in consilium, quò Magistratus Su-
periores plerumque homines erant militares, Wesenb.
w. & ibi Bachov. Treutl. volum. 4. Disput. 12. §. ult. Instruendi
causâ accedunt Advocati, qui iidem sunt cum Jurispe-
ritis, & quorum officium publicum & honorabile est,
Brunnm. ad tit. C. Ne liceat potent. in suo comment. & l. lauda-
bile. C. de Adv. div. judic. & qui consiliis suis adsunt non Ju-
dici, sed alterutri litigantium, merita controversiæ pan-
dendo. l. Advocati. §. C. de Adv. div. jud. hos legum peritiâ
instructos esse oportere, monet l. 11. §. C. de Adv. div. jud.
vid. Job. Corv. in Jurisprud. Procuratores, quorum officium
vile est, l. si quis procurationem. C. de Decurion. Wurns. tit. 5. de
Procurat. obs. 12. adeò, ut infamis etiam de jur. civ. procu-
rator esse possit, §. fin. Instit. de except. (quod tamen non
solum jure Pontificio fallit, quo Procurator infamis pro
Ecclesiasticis personis non admittitur, sed tantum Laicis
& secularibus, sed etiam hodierno jure in Camerali totius
Imperii Romani & Regio Svecico Germaniæ summo,
quod Wismariæ exercetur, judicio. In quo Procurato-
res nulli admittuntur, nisi Licentiæ vel Doctorali gradu
insigniti, vel eum honorem eruditionis & vitæ claritate,
aliàs notâ meriti. Videatur Gail. lib. 1. obs. 43. n. 6. 7. 8.
& der Kön. Mayst. und Reichs Schweden hohen Tribunals
Ord. part. 1. tit. 12. §. 2. Sunt ergo Procuratores, qui alie-
na negotia mandato Domini administrant, litemq; curant
l. 1. ff. de Procurat. An verò potentiores Reo Procuratoris
officio fungi possint, de eo vid. Trentac. lib. 2. Res. 2. n. 6. &
segg. Differentias Advocati & Procurat. enumerat. Vin.
in jurispr. contract. ad b. t. C. n. 30. Illi enim causam instruunt,
hi*

hi perorant, illi calamo magis, hi ore; eorum munus difficile, horum facile, Johann. de Arnono c. 3. n. 1. Quænam Secretariorum, Notariorum sive Tabellionum, Amanuensium, Registrarum munia sint, ipsa vocabula satis superq; innuunt. His annumerantur viatores, qui sunt judiciorum nuncii, ea, quæ in judicio fieri debent, ex commissione Judicis litigantibus aliisque denunciante, vulgò cursores dicti, die geschworne Gerichts Frohnen.

XVIII. Obviam sese porrò nobis dant judiciorum præparatoria, Intermedia, Decisoria, vel, ut Vultejo placeat, Antecedentia, Judiciis sc. strictè sumptis, & Consequentia. *Specul. part. 2. pr. Marant. part. 6. membr. 1. n. 1.* Præparatoria sunt, quæ peraguntur ad litis usque contestationem exclusivè, quæ vel sunt substantialia, vel incidentia. *Corvin. Vultej. in Jurisprud. lib. 2. c. 27.* inque oblatione libelli ac operatione citationis consistunt. Intermedia sunt, quæ fiunt à litis contestatione inclusivè usque ad sententiam latam exclusivè, *l. 30. ff. de judic. l. 2. §. 1. ff. Si ex noxali caus. ag. Treutl. Diss. 12. per tot. Wesenb. π. C. de judic. n. 9.* Decisoria, quæ fiunt conclusionem exclusâ, à sententiâ latâ usque dum finis imponatur toti negotio, *l. fin. de re judic. Marant. in spec. part. 6. p. 363.*

XIX. Et quanquam nonnulli inveniantur, qui citationi primas in processu tribuere audeant, dum opinantur, citationem, præparatorium substantiale primum existere; Nostram tamen in sententiam ire cogentur, si penderint, quod Libellus supplex, sit controversiæ & processus judiciarii basis & fundamentum, imò tam necessarium requisitum, ut sine supplici libello seu supplicatione, vel sine instantiâ & petitione partis emissa, proprio judicis motu citatio nullius momenti fiet, *Hillig. in Donell. l. 23. c. 2. lit. S. ibique Dd. alleg. c. 1. X. de judic.* De citationis divisione, effectu, requisitis, adjunctis, similibus,

Dissentaneis, *Gail. lib. 1. obs. 48. & seqq. Myns. Resp. 2. n. 3. dec. 1.*
Job. Forst. in pr. suo judic. tit. 34. & seqq. Eberb. Speck. q. jur. cent.
2. cl. 4. q. 5. 6. legi poterunt. Est autem Citatio nihil a-
liud, quàm alicujus ad judicem, qui jus vocandi habet, ,
ad petitionem Actoris facta, vocatio. *Hillig. in Donell. d. l.*
lit. A. §. ult. Instit. de pœn. tem. litig. Dividitur citatio in judi-
cialem & Extrajudicialem. Judicialis Citatio est citatio
facta à judice in causâ controversâ judicialiter. Quæ re-
gulariter decernitur ad petitionem alterutrius partis in
causis civilibus privatis, *l. 4. §. hoc autem. ff. de damn. inf.*
Gail. lib. 1. obs. 50. n. 4. Interdum verò ex officio judicis,
quod ut plurimum fit in causis publicis & criminalibus,
c. qualiter. cl. 2. de accus. Sec. de citat. art. 6. n. 2. Gail. d. obs. 50.
n. 4. & fin. Nunquam autem fit, nisi autoritate judicis,
l. fin. C. de exhib. Res. & l. consentaneum. C. quomodo & quando
jud. sent. prof. deb. Myns. cent. 6. obs. 10. n. 3. Gail. lib. 1. obs. 48.
n. 12. necessariò facienda, si ejus, qui citatur, interfit. *l. de*
unoquoq; 47. ff. de re judic. l. si quando C. de testib. Marant. de ci-
tat. n. 2. 3. 4. Myns. cent. 2. obs. 91. & cent. 3. obs. 86. resq; cau-
sæ cognitionem desideret, *Duon. reg. 92. 6.* ad quemcunq;
actum, ex quo præjudicium creari alicui possit. Hodie
autem ex ordinatione Camerae Imperialis simul & semel
fit ab initio ad totam causam, *Myns. cent. 4. obs. 33. Gail. lib. 1.*
obs. 51. n. 10. nisi in causis purgationis & in processu, *l. diffamari.*
Myns. & Gail. modò d. loc. utraque enim illa citationis
ratio vel ad quemlibet articulum, vel ad totam causam
juri consentanea est, uti probat *Myns. d. obs. 33.* Extrajudi-
cialis citatio est de re quavis aliâ, quàm quæ judicialiter
controversa sit, ad Magistratum vel judicem vocatio:
Cujus solennitas tanta, quanta judicialis citationis non
est, tametsi in effectu eadem fermè requisita habeat.
Nonnulli citationem aliter, & quidem in simplicem sive
dilatoriam, vel peremptoriam dividunt. Simplex est,
quæ

quæ de jure in se habet dies decem, ad quam si vocatus non compareat, citatio secundò, item tertio decernatur. Peremptoria est, postquam citatio amplius nulla emanet, sed, vocato emanente, contra ipsum in contumaciam proceditur; Cujusmodi citatio hodie ferè in usu est, ut nim. Citatio peremptoria quàm primum decernatur, quæ in se se tot dies habet, quot aliàs simplices tres habituræ fuissent. Alii citationem etiam faciunt verbalem, quâ præco vel voce, vel edicto quem vocat in jus, (de Comitibus Calatis vid. Varro lib. 4. de Ling. lat. it. Gell. lib. 15. c. 26.) & Realem, quæ fit vel per signum Campanæ, vel, cum persona apprehenditur, & in jus ducitur trahiturve, & in carceres conjicitur, Græcè ἀνδρολήσιον dicta. Obiter ergò hic notandum venit, modum citandi quadruplicem dari, secundum Guil. de Mont. Lau. Primus fit per nuncium, literis citatoriis. Secundus per præconem. Tertius per edictum valvis Templi adfixum, vel per Compita. Quartus deniq; ex juris dispositione, vel ad admonitionem judicis. Requisita concipiendæ citationis necessaria ex Vultej. jurispr. Rom. lib. 2. c. 28. p. mihi 592. & proc. judiciar. Frider. de anno 55. p. 17. & seqq. quilibet prolubitu perlegere atque colligere poterit. Citationem in vallem Josaphat, in civilibus taxatione dignam, in criminalibus practicabilem, juxta exemplum in Fulgos. lib. 1. c. 6. Crantzii lib. 11. Vandal. c. 11. Cass. Schüz lib. 4. Chronic. pruss. Olai Magni lib. 14. c. 20. censet Lancellot. de off. prat. tit. de libell. n. 10. ut & Job. Hering. in discurs. de appell. citat. & compuls. ad judic. DEI in valle Josaphat. Germanicè, Von Veruff und Ladung vor Gottes Gerichte im Thal Josaphat. n. 160. & seqq. Videatur quoque celeberrimus hujus Academiæ Antecessor Dn. Matth. Stephan. in tr. d. juris dict. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. n. 189. Quod tamen non ita crude est intelligendum, ut semper & ubique liceat? Nullatenus enim conceden-

cedendū est, ut privati homines, qui se in judiciis grava-
tos sæpe numerò putant, cum revera nulla ipsis facta sit
injuria, statim ad ejusmodi provocationē profiliant, quos
extra ordinem puniri posse fustigatione & ad catenam
infamem damnari docet Clarus *in practic. crimin. lib. 5. sent.*
S. fin. quest. 83. n. 8. Cum quo consentit *S. R. Maj. Svecie*
ordinatio Tribunalis Wismariensis. part. 3. lit. 11. §. 8. his verbis:
Und als̄ vielfältig sichs bezibt/ daß / wenn die streitende Theile ihrer Be-
gierden/ Frevels und Muthwillens nach Belieben nicht gebrauchen mö-
gen/ mit Schmähen/ Lästern/ Calumniiren und bösen außtragen die Ge-
richte/ und deren zugeordnete antasten/ beschimpffen und beschuldigen /
ja wol gar lästerlich an Gottes Richt- Stuhl zu provociren sich nicht
scheuen/ soll dergleichen Vornehmen bey unserm hohen Tribunal keines
weges geduldet noch übersehen/ sondern der Despect, welcher demselben
oder vielmehr Uns zugesüget wird/ ernstlich geandet werden: Wie wir
denn wollen und befehlen / daß dergleichen Calumnianten / Lästerey und
Verbrecher alsofort von unserm Fiscal in Ansprache / dabey nach gestalt
der Injurien der Personen/ wenn sie nicht gnugsam geseßen / in Arrest und
Hafft genommen/ auch/ wenn sie zu ihrer Exculpation nichts erhebliches
in primo termino vorbringen könten/ unvergnüglich durch unsers Ober-
Gerichts-Præsidenten/ Vice-Præsidenten und Assessores an ihre Haab und
Güter/ oder imfall sie darinn etwas zubüssen nicht vermöchten/ mit Ge-
fängniß und unserer Länder Verweisung/ oder auch/ da die Injurie atro-
ciores Leib- und Lebens-Straffe meritiren / damit dergestalt ernstlich ge-
straffet werden/ daß andere dadurch von solchen Mißhandlungen desto e-
her ins künfftige abgehalten werden.

XX. Judiciale præparatorium substantiale secun-
dum consistit in Libello, cujus omisio processum vitiat,
Specul. §. nunc dicendum. n. 14. per not. in c. 1. de lib. obl. Et in l.
prolatam. C. de Sentent. Et interlocut. omn. Judic. Propriè hoc
in argumento pro Scripturâ, quæ actionem continet, ac-
cipitur. Definatur ergò, quòd sit Scriptura quædam, A-
ctoris petitionem breviter & ornatè continens, secun-
dum Joh. Pels. *in proc. Judiciar. part. 1. tit. 20. n. 7. Et seqq.*
vel, quòd sit verborum conceptio brevis, *l. ult. §. 1. C. de*
Appell.

Appell. c. examinata. 15. de judic. & aperta, l. preced. & Nov. 107.
c. 1. futuræ litis speciem in judicio proponens, Hillig. *in*
Don. l. 23. c. 4. lit. C. Obrecht in suo Tract. c. 2. Propria libel-
li sunt: esse rotundum, dilucidum, concludentem, sibi-
ipsi convenientem, non obscurum, non incertum neque
generalem, conditionalem aut alternativum, quia alter-
natio incertitudinem & obscuritatem parit, Berl. *part. 1.*
Concl. 12. n. 23. Exceptio enim aliàs obscuri, generalis, in-
epti & alternativi metuenda est, sc. respectu juris, non fa-
cti, hunc Judex ut contra stylum curiæ formatum, ne
sententia retrò reddatur nulla, rejicere potest, Hillig. *in*
Don. d. c. 4. lit. C. & J. Requiritur autem Libellus regula-
riter omni in causa tam civili, quam criminali, ordinariis
præsertim judiciis. In summariis namque causis libellum
omitti posse, nec requiri, expeditum est, Clement. *sepè. 2.*
pr. de V. S. licet & in illis qualis qualis petitio simplex nar-
rationem facti apertam continens omninò exigatur, Hil-
lig. c. 4. lit. b. p. 1044. ibiq; Dd. all. vid. Jacob Schult. obs. 3.
d. n. 10. usq; ad 264. Umm. Diss. ad proc. 6. d. 10. n. 43. Estq;
duplex, Articulus, & non Articulus; Articulus,
qui in foro Saxon. Superiori non in usu extat, propter
Constit. Elect. Aug. p. 1. const. 2. & Nov. ordin. Elect. Job. Ge-
org. *hujus Nom. l. c. 5. & ex officio à Judice, parte adversâ*
etiam non opponente, rejici debet, secundùm Berl. p. 1.
c. 12. n. 3 & seqq. Moller. ad d. const. El. 2. n. 1. & seqq. Carpz.
in def. for. p. 1. c. 2. d. 1. & seqq. & in pr. crim. p. 3. q. 113. n. 18.
& seqq. In inquisitionis processu tamen aliud in practicâ
observatur, *per text. expr. in Ordin. polit. Elect. Saxon. de Anno*
1612. von Justitien Sachen. n. 4. & 5. Carpz. pr. crim. d. 9.
113. n. 20. & 22. & in Jurispr. forensi. p. 1. c. 2. d. 3. Subsistit
etiam articulus libellus in El. Sax. si in concursu credi-
torum causa ventiletur, vel de operis & servitiis rustico-
rum agatur, *Churfürstl. Sächs. Pr. Ordn. tit. 5. v. Doch*
H wollen

wollen wir hierunter / *re. Carpz. p. 1. c. 2. d. 5. & Resp. El. l. 2. tit. 4. Resp. 53. n. 7.* Est, inquam, Articulus Libellus conceptus & designatus certis articulis. Non articulus est serie continuâ sine ullâ articulorum designatione, actoris intentionem continens, vid. *Wesemb. x. de edend. n. 56. 78. Vultej. Jurispr. Rom. l. 2. c. 29.*

XXI. Præparatorium Tertium exhibent & faciunt Dilaciones. Est autem Dilatio tempus, quod indulgetur Actori vel Reo ad faciendum aliquid in re iudiciaria. Vel, est intermissio quædam iudicii ad tempus litigantibus concessa à Iudice, statuto ac lege, *Schot. in Exam. p. 126.* Quæritur, an Dilaciones, si à parte petantur, æquæ sint de substantiâ processus, ut Libellus vel citatio? Affirmativam Zang. amplectitur *p. 1. c. 2. n. 9.* Quamvis enim Iudex ex causâ eas arctare possit, non tamen eas reo penitus denegare licitum est. *Menoch. lib. 2. arb. quest. 1. cas. 52. Umm. Diss. 7. §. 51.* Voluerunt namque optimi Legislatores dilaciones, neque ipsius Iudicis arbitrio prorsus, neq; partium affectibus relinquere; Homines siquidem secundum naturam corruptam faciles ad litigandum existunt. *l. item si unus. 17. §. principaliter. ff. de recept. qui arbitr. recep.* Nihil autem humanæ societati, quàm lites nimium differri, perniciosius est. *l. quidam existimaverunt. 21. ff. de reb. cred. si cert. pet.* Dilatione etiam pendente Iudicem in causâ sine vitio Nullitatis progredi non posse, probatur *ex l. 3. C. de dilat. & Brunnem. ad tit. C. de Loc. n. 8. Lancellot. de Attentat. part. 2. c. 7.* atque hæc tria præparatoria ejusmodi existunt, ut in omni processu, imò & in summario observari debeant. *Mynf. cent. 2. obs. 91. plura in tit. C. de dilat. videri poterunt.* Aliàs est dilatio temporis in causa prorogatio. *Hostiensis in summâ, qui ejus genera recenset. vid. Vultej. in suâ Jurispr. Rom. c. 31. lib. 2. p. 939. & seqq.*

XXII. Postquam proximè præparatoria substantialia

tialia perspeximus, transeundum porrò ad præparatoria
 incidentia. Si namq; Actor Judicem adierit, citationemq;
 impetraverit, & Reo insinuari curaverit, de quibus in
 præcedentibus dictum fuit, hicq; emanerit, tunc contra
 contumacem (vide Marant. *part. 6. membr. 2. l. contumacia.*
53. ff. de re judic.) proceditur, *v. l. ff. si quis jus dic. non obtemp.*
Kosb. in pr. civ. tit. 30. n. 1. & seqq. Umm. Disp. ad proc. 8. 1. n. 1.
 Contumacia (germ. *der Ungehorsam* / de quâ plenè *Specul.*
sub tit. de contumaciâ) est citationi legitimè executæ non fa-
 cta paritio, aut ejus, quod fieri debuit, omisio. Et du-
 plex habetur, vera, quæ aliàs communiter evidens ac
 manifesta, it. propriè ita dicta dicitur, *Kosb. 1. 1. n. 5.* & fi-
 cta sive præsumpta & dubia, *Umm. d. 8. 1. n. 2.* illa, si quis
 citatus in facie & personaliter, nec tamen non comparue-
 rit; Hæc, si citatio facta fuerit, & dubium est, an ad ejus
 noticiam pervenerit, *Rönig in proc. de contum. cap. 14.* Quæ
 verò requirantur, ut quis reverà contumax dici possit,
 videatur *l. contumacia. ff. de re judic. Hillig. ad Donell. lib. 23.*
c. 10. lit. D. Marant. part. 6. membr. 2. n. 5. & de poena pro oc-
 casione & negotii qualitate eundem. *membr. 2. c. veniens.*
X. de accusat. l. contumacia. 53. ff. de re judic. Churfürstl. Sächs.
Pr. Ordn. tit. 10. §. Imfall aber. vers. Jedoch wollen wir / etc.
Kosb. tit. 30. n. 13. & seqq. Carpz. in Jurispr. for. p. 1. c. 2. d.
24. n. 4. & lib. 3. Resp. Et tit. 2. Resp. 22. n. 3. & tit. 3. Resp. 25.
n. 12. 22. 28. Lancellot. de off. prat. in civil. sub tit. de contum.
n. 7. & 8. ponit, vid. Vultej. in suâ Jurisp. Rom. cap. 30 p. 602.
& 603. De modo contra contumacem Actorem proce-
 dendi, *Gail. 1. obs. præct. 59. Myns. cent. 4. obs. 65. & 67.*
Wurms. tit. 7. obs. 2. Berl. p. 1. concl. 17. n. 1. & seqq. proc. ju-
dic. Frid. de Anno 1655. p. 130. & seqq. scribunt. Postremò con-
 tumax in expensas condemnatus, ulterius in judicio non
 admittitur, vel agendo, vel excipiendo, priusquam eas
 parti adversæ restituerit, *per text. expr. in l. sancimus. 15. C.*

de judic. Carpz. lib. 3. Resp. El. t. 3. Resp. 30. & Marant. in Spec. aur. p. 6. tit. de contum. n. 17.

XXIII. Dilationem sequitur Exceptio, (quam inter & præscriptionem differentiam vide apud Alciat. in *tr. de quinque pedum præscript.*) Ulpianus in *l. 2. ff. de except.* sic definit: *Quod dicta sit, q. quedam exclusio, quæ interponi actioni cujuslibet rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem condemnationemve deductum est.* Et sic Exceptio clypeus, quo Reus Actoris tela excipit, nuncupatur. Sicuti verò Actor jus suum specificè designare debet, ita & Reus exceptionem, si quam habet, (unam vel plures: Nemo enim prohibetur pluribus exceptionibus simul & semel uti, quamvis diversæ sint. *l. 15. qui & l. nemo. 8 ff. de Except. l. nemo. 43. ff. de R. J. Ludwel. disp. ad instit. 17. §. 3. lit. A. Zang. de Except. p. 3. c. 36. n. 336. & seqq. Hillig. in Donell. l. 22. c. 8. lit. B. & D. Umm. Disp. proc. 8. posit. 11. n. 67.*) in specie seu expressè & determinatè, ut jus & causa excipiendi ex eâ constare possit, non generaliter, non obscurè aut ineptè, cum Exceptio dicatur Libellus Rei contradictorius, in *l. C. de his, qui potentior. nom.* Et exceptio in genere proposita nihil valeat: perinde enim est, ac si nulla proposita fuisset. *l. scire oportet. 13. §. 8. ff. de excusat. Tut.* Exceptioq; obscura nullius sit momenti, *l. 1. ff. de except. obscurè autem excipere sit, nihil excipere, arg. l. de etate. 11. §. 7. ff. de interrogat.* Ideoq; Judex exceptionem inutilem, parte nisi instante, non repellit. Sunt ergo exceptiones vel dilatoriae (declinatoriae) vel peremptoriae. Dilatoriae definiuntur ab Imperatore in *tit. ff. de Except.* quòd ad tempus noceant, & temporis dilationem tribuant, *§. 10. Inst. h. t. vel, quæ litem non terminant, sed tantùm differunt. Zang. p. 2. c. 1. & seq.* Peremptoriae, quæ litem terminant, quæ tamen nonnunquam in vim & effectum exceptionis dilatoriae ante litis contestationem opponuntur. Gail. *1. obs.*

16. n. 6.

16. n. 6. Quædam exceptionum dilatoriarum judici opponendæ, aliæ procesum respiciunt, aliæ litigatores, & denique causam ipsam concernunt, Schneidw. ad tit. de Except. n. 4. & seq. Ast notandum venit, quod Reus exceptionem probare non teneatur, antequam Actor intentionem suam probaverit, l. 19. C. de probat. l. 9. de Except. Mascard. concl. 37. Thusc. concl. 373. lit. C. vid. Vultej. in sua Jurispr. c. 30. p. 611. & seqq. Actio quandoquidem nulla habetur, quæ per exceptionum removeri potest, text. in l. non videtur. 13. l. Marcellus. 66. l. nihil interest. 112. ff. de reg. jur. Immo etiam, si Reus non probet, tamen absolvendus venit, si actor intentionem suam non probet. Lud. Roman. in l. cum mulier. ff. solut. matrim. & in l. alia. C. de bis, quibus ut indign. cum, qui excipit, non utique intentionem adversarii fateri censeatur, l. non utique. 9. ff. de except. obijciens. de reg. jur. in b. præcipue verò, quia Actor nihil probans calumniari videtur. Bald. in autb. generaliter. C. de Ep. & Cler. ac quilibet regulariter probare teneatur id, quod est fundamentum intentionis suæ, Schurff. cent. 3. cons. 26. n. 11.

XXIV. SATISDATIO, eodem modo appellata, quo satisfactio, est cautio, quæ fidejussoribus fit. l. 1. ff. qui satisfacere cog. vel cautio est, cum adversarium de lite securum reddimus, ne, quod in judicio fit, irritum fiat, l. 1. ff. de satisd. Inventa autem est, propter suspicionem fugæ. Et cum fugere semper reorum fit, exacta fuit ad majorem securitatem Actoris, l. 13. §. 3. C. de judic. Ungeb. exercit. 4. quest. 12. & ab eâ immunes sunt possessores immobilium. l. 17. ff. de satisdat. Hæc personas litigantes respicit; illa litem ipsam. Quæ personas respicit, duplex est, una, iudicio sisti, altera rem ratam haberi. Quæ litem, illa dicitur iudicatum solvi. Sed tam hæc, quam illa præstatur, vel pignoribus, quæ nudâ repromissione conciliatur, si nim, agens immobilia bona habeat in territorio Magistratus,

tus, qui iudicat, *l. sciendum. 15. ff. eod. Wurmfs. t. 10. obs. 1.* si ea non habeat, præstatur fidejussoribus, qui conveniendi facultatibus sunt idonei. *l. 2. ff. eod.* Satisdatum n. non videtur, si vitiosè satisdatum est, *l. 6. ff. eod.* quæ cautio proprio nomine satisfactio appellatur. Quod si fidejussores haberi nequeant, in locum ejus cautionis cautio succedit juratoria, cui illustres plerumque personæ ob dignitatem, in quâ sunt, relinquuntur, *vid. Wesembec. π. ff. eod. Nov. 52. & 112. l. penult. C. de dignit. Auth. Generaliter. C. de Episc. & Cler. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 5. §. 2. lit. C. Heering. de Fidejuss. c. 28. n. 120. vid. Vultej. in suâ Jurispr. Rom. 30. p. 619. & seqq.* Et sic cavere & satisfactio ut plurimum promiscuè sumuntur.

XXV. Feriæ, i. e. ejus, quod agendum est, facta suspensio, sive tempus, quo in iudicio agere non licet, sive dies ab actibus judicialibus vacui, *Wesemb π. eod.* Synonymias *vid. apud Gell. 20. Noct. Attic. 1.* Quædam sunt solemnes, sive in honorem DEI constitutæ, Dies Dominici, Dies Paschatis, Dies Natalis DOMINI & Epiphaniæ, præterea 7. dies, qui præcedunt, & 7. qui sequuntur. *l. 2. 6. 7. & 8. C. eod.* Minus solemnes sive repentinæ & extraordinariæ, vel hominum causâ constitutæ sunt dies messium & dies vindemiarum, *l. præfides provinciarum. ff. eod. Gail. 1. obs. 53. n. 4. & 5. l. actus. C. de feriis. §. loquitur. n. 1. Lancellot. de off. p. et. in caus. civil. sua tit. de except. n. 12.* Possunt a. testes examinari die feriato, tamen si die juridico jurare debeant, tradit *Wurmfs. tit. 18. obs. 7.* Et si quis feriarum tempore citatus sit, q. ei dilationes legitimæ concessæ sint, comparere non tenetur, *per l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. l. fin. C. de feriis. Vultej. in suâ Jurispr. Rom. c. 30. p. 622. & 622.* Quæ tamen voluntariæ jurisdictionis sunt, in feriis rectè expediri possunt. It. ea, quæ expediri nec differri Reipub. interest. *Wesemb. π. eod. n. 5.* Alia feriarum genera apud
Varro-

Varronem lib. 5. de ling. Lat. & Macrobi. lib. 1. Saturnal. c. 16. pvestiganda haberi poterunt, ut & ap. Halicarnas. lib. 4.

XXVI. Procuratoris constitutio. De quâ vid. Vultej. lib. 2. in suâ Jurispr. Rom. p. 604. & seqq. Obiter tamen hic monemus, Procuratorum quatuor genera Paulum facere, lib. 1. sent. c. 3. nim. aut ad litem, §. 1. Instit. de iis, per quos cog. poss. aut ad omne negotium, Cic. pro Caccinn. l. 12. ff. de solut. l. 13. ff. de pact. l. 7. ff. de calum. l. 63. ff. de procurat. aut ad partem negotii, l. 3. §. 1. ff. judicat. solv. l. 17. §. ult. ff. de injur. aut ad res administrandas, l. si quis. 38. ff. de solut. l. 8. §. si heres. ff. de liberatione legat. l. ult. ff. Rem. rat. hab. l. 15. §. si quis. ff. de hered. petit. constituuntur. Alibi procurator verus, l. 1. in fin. ff. quod jussu. l. 12. ff. de solut. l. 40. §. 1. ff. de procurat. à falso distinguitur, l. 44. §. ff. de furt. l. 18. ff. de solut.

XXVII. SEQUESTRA TIO, quæ vel voluntaria sive conventionalis est, l. propter. 5. & l. is penes quem. 6. C. de positi. & l. propriè. 6. ff. eod. & l. ei, apud quem. 5. §. 1. & 2. eod. vel judicialis seu contentiosa ac necessaria. l. sequestr. 110. ff. de verb. signif. & l. si fidejussor. 7. §. 1. & 2. ff. qui satisd. cog. Gail. lib. 1. obs. 147. n. 3. & 4. & obs. 148. n. 2. & 3. Berl. p. 1. concl. 73, n. 9. Myns. cent. 2. obs. 11. Ferrar. in formâ Sequestr. n. 3. l. ult. C. de fid. instrum. & l. ult. ff. de off. proc. cas. l. un. C. de prohib. Sequestr. Illa permessa, l. interesse puto. 39. ff. de adquir. poss. l. licet. 17. ff. de positi. hæc verò regulariter prohibita est, l. 1. C. de Sequestr. pecun. nisi in casibus specialibus, Myns. cent. 2. obs. 11. Judex enim pacatam & quietam habere debet provinciam, nec pati debet venire ad arma & rixam, quos suâ jurisdictione compescere potest. l. congruit. 13. ff. de off. presid. & l. si cujus. 13. §. sed si inter duos. 3. ff. de usufr. & quemadm. Sequestrationem Vultej. in Jurispr. Rom. lib. 2. c. 30. p. 623. definit, quòd sit possessionis rei controversæ in personam tertiam translatio, facta vel consensu partium, vel autoritate Judicis, eâ conditione, ut, qui lite superior futu-

futurus est, ei possessio restituatur. Cujac. in *x. C. de prob. Sequestr. l. à Divo pio. 15. §. si verum. 4. ff. de re judic. l. cætera. 4. & l. si qua cautiones. 5. ff. Famil. Hercis. l. equissimum. 14. pr. ff. de usufr. & quemadm. & l. cum apud veteres 10 C. de bon. au. clor. jud. possit. & l. fin. ff. de tab. exhib. l. Divus. 5. ff. de Hæred. petit. l. fin. ff. de fide instrum. Quæritur verò, an sequestrarius cadens à possessione rei sequestratæ, actionem ad ipsam recuperandam habeat, & nos affirmamus, quòd sic, per *l. is, cui. 5. §. Imperator. 16. ff. ut in possess. Legator. vel fideicom. serva. caus. esse lic. it. quæritur, an si res sequestrata servando servari non posset, possit vendi per Sequestrarium? Quod nos etiam affirmamus, per *l. litibus 20. C. de Agriculis. & l. si Magistratus. ff. de privil. credit. & l. 18. §. Legatorum. ff. ut in possess. Legator. & in l. fin. ff. de reqv. reis. It. Quid si ille, cujus est res sequestrata, non habet aliunde, unde vivat, an petere possit se ali de fructibus rei sequestratæ, ut de re ipsa, &c. & hoc affirmamus, per *l. fin. C. de Agric. & cens. Quid denique statuendum, si unus litigatorum seminaverit, vel seminari fecit, an apud eum fructus esse debent? & dicimus, quòd sic, præstita ab eo cautione de custodiendis fructibus. Si verò uterque litigantium seminet, vel fructus sint naturales, vel non appareat, quis seminaverit? Omnibus istis in casibus Judex bonum virum, cui fructus committat. salvo tamen jure utriusque partis, invenire debet, *l. interesse. 39. ff. de adqvir. vel amit. possess. & l. 10. C. de bon. aut jud. possid. Differentiam inter sequestrum & depositum vide apud Schneidw. ad tit. quib. mod. re contrab. obligat. §. præterea. n. 3. & seq. Zang. part. 2. c. 13. n. 25.*****

XXVIII. Interventio, quæ est tertii pro suo interesse inter litigantes facta interpositio. Fitq; vel laudando Actorem suum, vel nominando. Est autem laudatio litis motæ significatio à Reo evictionem metuente, *Marrant. p. 6. ad 5. membr. judicis. n. 1. & seqq.* Nominatio fit, quando

quando conventus actione reali ob rem, quam possidet, nomine non suo, sed alieno possidere dicit. Quo præstito Reus in pace dimittitur, istaq; possessio actori adjudicabitur. *l. fin. ff. de rei vindic.* Exemplum esse potest conductor in re conductâ, *l. 2. C. ubi in rem. act. Et ibi Wesemb. ad hunc tit.* Et si quis plura præparatoria incidentia desideret, adire potest. *Marant. Spec. sur. ubi in parte 6. eleganter de illis differit, Brunnemann. p. 1. ad process. memb. 10. per soc. Vultej. in suâ Jurispr. Rom. c. 3. p. 628. Gail. lib. 1. obs. 69. 70. 71. Et 72.* Hinc intervenire est intercedere & accessionis nomine promittere, vel etiam novandi animo alienâ obligationem suscipere. *l. fin. ff. de minor. 25. ann.* Intervenire etiam dicuntur, qui pro aliis in judicio consistunt. *l. 11. §. agere. ff. de judic.* Intervenire & ii dicuntur, qui litibus causisve sese immiscet, cum sua interesse putant. *Churfürstl. Sächs. Pr. Ordn. tit. 15. v. Obs ihme gleich/ 2c. it. vers. in erster und anderer Instantz. Gail. 1. obs. 7. n. 17. Et seqq. l. principaliter. 19. C. de liber. caus. l. à sentent. § 14. ff. de Appell. Umm. Disp. 10. b. 1. n. 1. 2. 3. b. 2. n. 8. 9. Corpz. p. 1. c. 3. d. 30. n. 1. Et seqq. Et Resp. El. tit. 2. Resp. 21. n. 3.* Ita intervenit Magistratus pro subdito, *Mindan. lib. 3. de proc. c. 8. membr. 9. Vultej. in suâ Jurispr. Rom. lib. 2. c. 30. p. 325.*

XXIX. RECONVENTIO, cum conventus aliquam actionem se habere putat, reconvenire actorem potest, quæ reconventio definitur, quod sit conventio rei adversus Actorem, coram eodem Judice, *l. 11. §. 1. ff. de Jurisdic. Würms. tit. 12. obs. 4. Et 5.* Intentat enim actionem coram Judice, sive Ordinario, sive Delegato, *l. papi- nianus. juncta auth. seq. C. de sentent. Et interloc. Menoch. lib. 2. arbitr. cas. 34. Marant. de convent. n. 5.* Vocatur aliàs mutua petitio. *Donell. lib. 17. com. c. 18.* respectu sc. initii & exitus, nec distinguendum, an coram ordinario, an verò delegato intentetur, *l. 14. C. de sent. Nov. 96. c. 2. l. 22. ff. de judic.*

Et hanc ante litem contestatam non solum opponi, *Me-
rant. part. 6. dist.* (eam communem esse opinionem asse-
rens) sed etiam post proponi posse affirmat, *Brunnem. p. 1.
ad process. memb. 1.* Effectus primarius est, quod Actorem
jurisdictioni rei subiciat, qui alias foret Judex incompe-
tens. *l. 22. paulo ante alleg. vid. Churf. Sächs. Pr. Ord. tit. 6.*

XXX. INTERROGATIO, *vid. Menoch. de arb. jud.
9. lib. 2. cas. 51.* quæ ad instantiam partis alterutrius, ubi-
cunque æquitas postulaverit, à Judice fieri solet. Judex
namque interrogando scopum intentionis vel defensio-
nis statim potest attingere. At partes evitant verum cau-
sæ scopum, & solum id nituntur, quomodo digressioni-
bus, mendaciis & multitudine articulorum judici impo-
nant. *vid. Jurispr. lib. 2. c. 30. p. 626.*

XXXI. LIBELLI MUTATIO, quæ est, vel tota-
lis, vel particularis. Totalis est, quâ Libellus oblatus ab
Actore omninò tollitur & aboletur, ut Actor vel omninò
ab actione desistat, vel alium novumq; libellum loco pri-
oris offerat. Particularis mutatio est, quæ fit addendo
vel detrahendo aliquid libello, vel errorem, qui in eo est,
emendando, vel, quod deest, supplendo, vel, quod re-
dundat, refecando. Hæc ad litem usque contestationem
permittitur, post non aliter, nisi refusus expensis, id est,
Dass/ so er/ der Kl. die vorige Klage fallen lassen / und eine neue vorbrin-
gen wil / er dem Besh. die Bnkosten uff richterliche Ermässigung zuvor
*refundire. vid. Menoch. de arbit. jud. 9. lib. 2. cas. 176. Socin. reg.
236. 291. & 292. Myns. Resp. 57. n. 5. & Resp. 100. n. 11. Wurms.
tit. 9. obs. 3. quod tam in criminalibus, quàm in civilibus
procedit, Gail. lib. 1. obs. 74. n. 4. Wesemb. n. ff. tit. de edend.
n. 8. nisi id, quod obscurum est, declarare velit Actor,
Wesemb. d. i. & n. De jure Saxonico aliter huic provi-
sum est per Guarendam, quam reus præstat actu corporali,
in dem Besh. mit Handgeben die Gewähr der Klage angeloben muß.
Landr.*

Landr. lib. 2. art. 15. Weichb. art. 40. § 115. Nov. El. Aug. p. 1. Const. 4. Cujus rei effectus duplex est, ut habeat vim evictionis, unde etiam die Gewähr der Klage nuncupatur, & ut post Guarendam præstitam mutare libellum actor non possit, Landr. lib. 3. art. 14. König in proc. c. 48. Coler. p. 4. de proc. Exec. c. ult. n. 12. Imò etiam hodie cum omisâ protestatione Guarendæ lis purè contestata est, mutatio Libelli aut delatio juramenti (die Klage in das Gewissen zu schieben) Actori amplius non permittitur, Nov. El. p. 1. c. 11. Dissentiunt tamen vulgò Dd. qui emendationem quidem Libelli ad sententiam usque definitivam permittunt, mutationem verò tantum usque ad litis contestationem, Vultej. in Jurissp. Rom. p. 2. c. 30. p. 627. § seq. Wesenb. cons. 18. n. 3. § 5. Ferrar. præct. in form. lib. act. real. verb. salvo jure addendi, § c. Schneidw. §. 34. Instit. de act. n. 12.

XXXII. Commissio & Examen testium ad perpetuam rei memoriam supersunt. De his prolixitatis evitandæ gratiâ videatur Vultej. in Jurissp. Rom. c. 30. p. 629. § seq. Et quamvis constet, testes regulariter post litem demum contestatam in judicio produci & examinari posse; productio tamen ad æternam rei memoriam, zum ewigen Gedächtniß/ directò ab hac reg. excipitur. Hæc enim locum habet, quotiescunque periculum est, ne copia probationum per mortem, senectutem, aut absentiam testium futuram, &c. subtrahatur, tum enim testes, litè etiam nondum contestatâ, recipi & examinari solent, c. significavit, 41. § c. quoniam frequenter. X. de testib. ut lite non contestatâ, &c. Churfürstl. Sächs. Pr. Ordn. tit. 27. per tot. Rosb. de proc. r. 59. n. 3. 4. § seqq. Umm. Dissp. ad proc. 16. §. 7. n. 45. § 46. Berlich. p. 1. concl. 46. à n. 3. usque ad n. 31. Hartman. Pist. p. 1. 9. 39. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 14. d. 1. Carpz. d. p. 1. c. 16. d. 35. Vid. proc. Friderici. p. 308. § seqq.

XXXIII. Pertractatâ priori judicii parte, transitum

nunc facimus ad posteriorem, à litis contestatione incipientem, observando ea, quæ in iudicio ipso fiunt, ut & iudicium illud esse propriè, quod est inter litis contestationem, ut iudicii principium, & sententiam definitivam, ut ejus finem. Unde vulgatum illud: iudicium à litis contestatione incipere, atque in sententiâ definitivâ desinere. Posterioris ergo hujus partis itidem quædam substantialia, quædam accidentalia membra facimus. Primum est litis contestatio, Germanis die Krieger-Befestigung. Est 2. iudicii constitutio, factâ affirmatione unius & negatione alterius litigantis, arg. l. 1. C. de lit. contest. ubi Gilken. in Comm. n. 11. & seqq. Umm. Diss. ad proc. 12. §. 1. n. 2. 3. Vuleej. in Jurispr. Rom. lib. 2. c. 21. p. 632. Obrecht. c. 1. n. 19. Marant. p. 6. memb. 20. Fundamentum iudicii, l. un. C. de lit. contest. Radix & fundamentum, imò Lapis angularis, super quo totum radicatur iudicium. Et requiritur omnibus in causis ac negotiis, de quibus negotium suscipitur, sive civiles sint, sive criminales, sive iudiciū sit possessorium, sive petitorium, secundum Dd. communiter, ita, ut ne partium quidem conventionem, nec Iudicis autoritate omitti queat, sed omissa processum vitiet, & sententiam latam ipso jure nullam reddat, c. 1. X. de lit. contest. Gail. lib. 1. obs. 74. & 75. cum seqq. Umm. Diss. ad proc. 12. §. 3. n. 11. Hillig. in Don. l. 24. c. 1. lit. F. Carpz. p. 1. c. 10. d. 18. & 19. & lib. 3. Resp. El. t. 4. Resp. 31. n. 1. & seqq. Berl. part. 1. concl. n. 31. & seqq. Copp. lib. 2. obs. 104. n. 1. & 2. vid. Myns. cent. obs. 49. König. part. 3. c. 2. per tot. & Frider. in suo Proc. p. 151. & seqq. Ungepaur. Exercit. Justin. 16. q. 3. p. 550.

XXXIV. JURAMENTUM CALUMNIÆ
immediatè litem contestatam subsequitur & præstatur. Estq; tale, quod ab utraque parte, de causâ bonâ fide prosequendâ, præstatur, l. 14. §. 1. C. de judic. 2. t. C. de jur. jurand. propter calumn. dand. Nov. 49. c. 3. Dividitur in generale, quo litigantes eorumq; Advocati ad totam causam,

nihil

nihil se calumniandi animo, sed juris fiduciâ fretò, contra adversarium suscipere profitentur, ex locis modò allegatis. Ord. Cam. Imperial. p. 1. t. 25. & 26. & p. 3. t. 13. §. Dergleichen. Absch. de anno 1600. §. und obwol hierbey. & noviss. Recess. Imp. de Anno 1654. §. über dieses verordnen wir / etc. ubi vers. Daß sie nemlich / etc. Et speciale, König. in pract. c. 67. Wesenb. in rubr. C. de juram. Cal. Joh. Monach. in pract. judic. part. 8. c. 2. Col. decis. 117. Carpz. p. 1. c. 12. d. 23. Berl. p. 1. concl. 31. n. 2. & seqq. Exigitur imprimis ab Actore: Actor enim de calumniâ jurare debet. l. jus jurandum. 34. §. 4. ff. de jurejurand. Churfürstl. Sächs. Pr. Ordn. c. 18. §. Nachdem. vers. Aber gleich wol nicht eher / es werde denn derselbe von ihm gefodert. Concordat. text. expr. in l. 34. §. 4. ibi; Si exigatur. ff. de jurejur. vid. proc. Frid. p. 178. Et probè notandum, quòd Actor juramentum calumniæ recusans ab institutâ actione cadat, & quòd Reus recusans pro confesso habeatur, Nov. 124. c. 1. §. Illo videlicet generaliter. l. si non fuerit. 37. ff. de jur. jurand. Sacramenti enim timore contentiosa litigantium instantia compescitur. l. 1. pr. C. de jur. jurand. propter cal. dand. vid. l. 2. §. 4. 6. eod. De cujus juramenti remissione vid. Zang. p. 1. c. 2. n. 20. Marant. d. l. memb. 1. n. 10. Et Schneidw. §. 1. Instit. de poen. Myns. 1. obs. 74. & Gail. lib. 1. obs. 90. ubi Fiscalem immunem à juramento calumniæ esse affirmant.

XXXV. Si ergo Reus litem negativè contestatus est, Actor, prætitò juram. Calumniæ, plerumque ponit intentionem suam, ita tamen, ut 1. Actor suam intentionem probare teneatur, antequam Reus exceptiones, Hillig. in Don. l. 25. c. 2. tit. L. Umm. ad proc. 15. th. 2. n. 8. 9. & seqq. Carpz. p. 1. c. 10. d. 18. n. 1. & seqq. & lib. 2. Resp. El. t. 8. Resp. 88. n. 3. & passim. arg. l. hoc jure 10. ff. de verb. Oblig. & ea, quæ necessariò causæ & negotio principali coherent, c. causam. X. de probat. & tunc plerumque Terminus probationis, Rotschütz in proc. jur. part. 1. art. 16. n. 1. Landr. lib. 1.

art. 62. ibi. Zobel. Const. El. Sax. 16. p. 1. Churfürstl. Sächs. Pr.
Ordn. tit. 22. pr. vers. Ein jegliches Parth / dem Beweis uffers
leget / re. & quidem ad petitionem partis, concedi solet,
Ord. Cam. p. 3. c. 6. Secus est de jure civili. Hac enim in
parte Actori nullus certus præfixus est terminus, sed Ju-
dex dat dilationem, l. 1. C. de dilation. vid. proc. Frider. p. 190.
& seqq. & Job. Monach. in pract. judic. p. 10. pr. Notandum au-
tem, quòd omne id, quòd ab intentione tam actoris, quàm
rei prorsus alienum est, frustra probetur, cum probantem
non relevet, König. in proc. suo. c. 69. Kösb. de proc. civ. t. 53.
n. 14. pariter probatione haud indigent jura, item noto-
ria, inutilia & irrelevantia, Kösb. d. t. n. 15. Recess. Imp. No-
vis de Anno 54. §. den punctum probation. vers. solle ad proban-
dum nichts zugelassen / oder von der Parthey zu probiren un-
ternommen werden / was impertinent, unnöhtig / und worüber
die Partheyen in facto nicht discrepiren oder streitig sind. Et
sit per testes, qui jurare tenentur: Testi enim injurato
non creditur. l. 9. C. eod. quod juramentum ne à Papâ aut
summo quidem principe quidem remitti posse, rectè de-
fendit Zang. p. 1. c. 2. n. 35. Myns. cent. 2. obs. 3. & cent. 3. obs.
18. Gail. lib. 1. obs. 101. n. 12. Ruland. de commiss. p. 2. l. 2. c. 11. n.
5. & seqq. cum sit juris divini, ac de forma testis. l. 8. C. de
test. c. tuis. 39. X. de testib. Churfürstl. Sächs. Pr. Ordn. §. weñ
es nun / re. tit. d. Dissentit. Gail. quoad personas Illustres &
Nobiles aliasque personas vitæ integritate conspicuas,
lib. 1. obs. 101. n. 13. Aliter tamen evenit, quando testes sal-
tem ad informationem judicis ex officio adhibentur v. g.
in possessorio momentaneo, tunc injuratis etiam testibus
fidem adhibendam esse post gl. & Dd. statuunt Mascard.
de probat. vol. 3. concl. 1262. n. 15. Menoch. de retinend. possess. re-
med. ult. n. 39. Carpz. lib. 1. Resp. El. t. 1. Resp. 11. & seqq. Fari-
nac. de testib. q. 74. n. 50. & seqq. Frider. in suo proc. p. 248. & seqq.
Quæ autem testibus opponi soleant exceptiones, vide-
antur

antur apud Pragmaticos imprimis *Farinac.* ut & *Umm. Disp.*
16. per tot. Marant. part. 6. de test. product. n. 2. & seqq. Instru-
menta porrò æquè probant; Quæ sunt, vel publica, vel
privata. De illis nullū dubium, quin probent, hæc ita de-
mum admittuntur, si consensu partium confecta, *l. 26. §.*
fin. ff. Depositi. Berl. part. 1. concl. 36. n. 8. Et confessionem
speciem probationis esse, patet ex *l. 6. ff. de confess.* Imò
majorem esse quolibet instrumento publico & quibus-
cunque depositionibus testium. *Cravetta conf. 171. n. 4. lib. 1.*
ac haberi pro judicata, *l. 1. C. de confess. l. postremo ff. de re judic.*
in periculo mortis maximè probare. *Cravetta. conf. 6. n. 53.*
vol. 1. Feder. de Sen. conf. 8. esse probatam probationem, ac
aliis veriore potioreque, quia omnis lis tollitur,
unde vulgato dicitur, *Eigenes Bekändenüß ist der beste Bew-*
weiß, t. t. ff. de confess. l. 3. C. quib. ad libert. procl. non lic. Unde
in confitentem nullæ aliæ partes judicis supersunt, nisi,
ut eum condemnet, hinc formula, *er bringe das Urtheil*
selbst mit sich. l. 1. ff. de confess. Variat tamen hæc regula in
criminalibus certo respectu: Non enim sufficit confes-
sio delinquentis ad infligendam pœnam, sed ante omnia
de corpore delicti constare debet. *Anton. Tessor. decis. 13.*
circa fin. Ant. Fab. in C. lib. 9. tit. 11. def. 1. n. 7. Anton. Gomez. de
captur. reor. n. 1. Ægul. Boss. in pract. crim. t. 1. pr. Neque verò
in potestate alicujus est, ut suâ confessione delictum, ubi
delictum non extat, faciat, *Gigas in Tract. de criminal. les. Maj.*
lib. 2. t. quomodo & per quos. cr. l. in Prob. q. 1. n. 5. cum tamen
aliàs nulla probatio melior sit, quàm confessio partis *l. cum*
te. C. de transact. l. generaliter. 13. C. de non muner. pecun. Con-
fessio isaq; vel judicialis est, vel extrajudicialis. Hæc se-
miplenè tantum probat, nisi fuerit geminata. *Mascard. d.*
l. Felin. cap. Et si Clerici. X. de jud. tunc enim judicialis confes-
sionis vim instar obtinet. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 14. def. 25.
n. 2. Aliæ probationis species videantur apud *Mascard.*
König.

Rönig. *Mynf. cent. 1. obs. 94. & Marant. part. 6. m. 2. & seqq.*
Vultej. *Jurispr. Rom. lib. 2. c. 31. p. 642. & seqq.*

XXXVI. Hæc de substantialibus secundæ partis dicta sunt. Sequuntur incidentia, quæ, etsi absint, iudicium tamen esse possit, cujusmodi sunt juramentum calumniæ *der Eyd vor Gesehrde*, Exceptionis peremptoriæ oppositio, prorogatio termini, Nullitatis exceptio, processus redintegratio, juramenti delatio. Relatio ad Judicem superiorem facta ab inferiori, si de jure dubitatur, & consilia. De quibus omnibus ac singulis sæpè dictus Vultej. consuli poterit, *Jurispr. Rom. lib. 2. c. 31. p. 652. & seqq.*

XXXVII. Membrum secundum incidens & ultimum est conclusio, quæ est probationū disputationumq; ulteriorum renunciatio, *Alex. cons. 182. n. 6. vol. 6. Gail. 1. obs. 107. 108. & 113. Mynf. cent. 3. obs. 17.* Estq; alia expressa, alia tacita. Tacita, ubi partes tantum priora repetunt, atque ex circumstantiis apparet, nil, nisi sententiam Judicis restare, *Umm. Diss. 19. n. 3. & 5. Rönig. p. 3. c. 50.* Respectu Judicis verò nunquam concludi posse, probat *Gail. obs. 107. n. 5.* Nunquam tamen intelligitur præclusa via allegationi juris, quia semper jura & leges allegari possunt, & quantum ad hoc, nunquam intelligitur clausum os parti, *Rönig. d. l.* Quibus verò in causis probationes post conclusionem admittantur, videatur *Marant. p. 6. membr. 15. per tot. Mynf. cent. 3. obs. 17. Gail. obs. 107. n. 2. Brunn. p. 2. memb. ult.*

XXXVIII. Tertia & ultima pars iudicii superest, sententia sc., quæ etsi causa finalis iudicii, *l. 13. C. de judic.* per hanc enim controversiæ finis imponitur. Ad quem finem jura multum festinant, ut sit litium finis, *l. 2. C. de re judic. l. quidam existimaverunt. ff. si cert. pet.* Nam ubi veritas invenitur & apparet, ibi cesfat disputatio, *Greg. Tbol. lib. 17. c. 3. n. 4.* Sententiam à sentiendo dici volunt ex eo, quòd Judex judicet secundum quod sentit, *arg. l. 8. §. 3. ff. Si servit. vendic.*

vendic. Definiri sententia potest, quòd sit rei controver-
sæ pronunciatione judicis facta decisio, rei conventi con-
demnationem vel absolutionem habens, *Cujac. in n. C. eod.*
Et est vel interlocutoria, vel definitiva sententia. Inter-
locutoria est, quæ non de summâ controversiâ, sed de re-
bus ad eam definiendam pertinentibus pronunciat, *l.*
post sententiam. 9. C. de sentent. & interlocut. Definitiva, quæ
summæ controversiæ per condemnationem aut absolu-
tionem finem imponit. *l. 1. & seqq. ff. de re judic. & l. 27. eod.*
l. qualem. 19. §. 1. ff. de recept. arbitr. Carpz. lib. 1. Resp. 12. König.
part. 4. c. 1. & 2. quæ semper debet esse conformis libello,
Zang. suo loco n. 40. & quidem ferri in scriptis, per clement.
sæpe de V. S. quod secus jure civili probat idem Zang. suo l. n.
ult. propter autb. Nisi breves. C. de sent. ex brev. verit. Schneidw.
ad §. curare. Instit. de Action. n. 1. & seq. & debet fieri parti-
bus ad audiendam eam citatis. Aliàs enim sententia con-
trà non citatum licta, ipso jure nulla est, *Brunnem. in process.*
part. 3. membr. 1. Myns. cent. 1. obs. 74. Bachov. in Treutl. vol. 2.
Disp. 23. §. 2. lit. C. Quilibet ergò Judex aures attentas
præbeat *Cicer. lib. 3. off. fidelissimè h. m. suadenti: Cum*
Judici dicenda sententia est, meminerit, se DEUM habere
testem, & non immemor sit verborum, quæ *gl. im Sächs.*
Landr. lib. 3. art. 30. fovet: Judex eâ ipsâ horâ, quâ judi-
cat de aliis, ipse à DEO judicatur. Æterni namq; Judi-
cis Tribunal illum reum non habet, quem Judex injustè
condemnat. text. in c. 1. de sent. & re judic. lib. ult. Judexq;
dolo malo judicans puniri criminaliter & conveniri civi-
liter actione in factum ad interesse partis læsæ potest. Im-
peritia enim culpæ annumeratur. l. 32. ff. de reg. jur. Si ve-
rò ex proposito & dolo injustam sententiam ferat, in to-
tum tenetur parti læsæ. vid. text. in l. fin. & t. t. C. de pæn.
jud. malè jud. Similiter Actor probè observet & perpon-
deret, quæ admonitionis loco ipsi exhibentur. *in gl. Sächs.*
senssp.

senspr. lib. 1. artic. 62. ubi tenor verborum talis reperitur:
Der Kläger/wenn der Richter Urtheil und Recht beginnet ergehen zulassen/
hat sich fürzusehen für dem ewigen und unvergänglichen Schaden. Dann/
so er Ursache gegeben hätte durch seine Klage einen unschuldigen Men-
schen zu verurtheilen / (wiewol der Beklagte sich möglichst fürsehen muß/
daß er seine Unschuld fürsichtiglich und weislich darthue und verrette.
Denn/wo er seine Unschuld selber nicht vertheidigt noch handhabet/wird
sie gar leicht verdruckt/ ic.) so wird er Gottes Urtheil unausbleiblichen
wieder darüß leiden müssen. *Judices inferiores verò de dicti-
tatione poenarum pecuniaria ab Ægidio Albertino, Duci
Bavariae quondam à Consiliis, in interpretatione Ant. de
Guev. sic admonentur: Es soll ein Richter nicht begierig seyn/ die
verbrechende Unterthanen mit Geldstraffen zu übernehmen und außzu-
saugen: Dann es könne der Richter so viel Geldstraffe verordnen und
der Landes-Fürst oder Oberherr sie einnehmen / daß sie beyde allhier üß
das zeitliche und dort üß das ewige Leben dadurch kommen. Poenas
ob maleficia solvi, magna ratio suadet l. 70. § 5. ff. de fide-
juss. & mand. Sanctissimum quippe est, de criminibus fa-
cere justitiam. Et quoties criminosi dimittuntur impu-
niti, lætitiæ & gaudia turbantur hominum. Reip. nam-
que interest, facinorosis hominibus civitatem purgari,
und welcher Richter der Missethäter verschonet/der macht sich selbst theil-
hafftig ihrer Missethat. Lehrn. c. 51. in gl.*

XXXIX. Videndum nunc, quæ post judicium acci-
dere soleant. Sententiâ enim latâ litigantes utrinque vel
acquiescunt, vel non acquiescunt. Post sententiam enim
non tam quærendum est, quid judicari debuerit, quàm
quid judicatum sit. *Ant. Fab. in C. lib. 5. tit. 24. def. 4. n. 8.*
Si acquiescunt, sententia transit in rem judicatam, quam
sequitur ejus executio, quæ est rei judicatæ consumma-
tio, vid. *Zaf. in l. à Divo pio. ff. de re judic. Valterj. in Jurispr.
Rom. lib. 2. c. 32. p. 657. & seqq.* Si non acquiescunt, senten-
tiam pars læsa impugnare debet, *l. si expressum. ff. de Appell.
& l. 2. C. quomodo & quand. jud. Vant. in tr. suo de Nullit. per di-
scursum.*

scursum. Fit autem impugnatio ista sententiæ non tantum per appellationem, sed in foro Saxon. Leuteratio etiam & superior Leuteratio eam præcedunt. Hoc namque beneficium Leuterationis non minus, ac Appellationis effectum habet suspensivum, ita ut, pendente eâ, nihil innovare liceat. Et hinc communiter tradunt Interpretes Juris Saxon. quod omnia ferè jura, quæ de Appellationibus loquuntur, etiam in Leuterationibus locum habeant, & clausula (non deducta deducam) *ex l. per banc. C. de tempor. Appellat.* etiam in hac locum sibi vendicet, & Leuteratio æquè ac Appellatio coram Notario & testibus interponi possit, *Dan. Moll. Const. El. Sax. 19. p. 1. n. 24. Berl. p. 1. concl. 49. n. 7. & 24. Carpz. l. 3. Resp. El. t. 11. Resp. 102. n. 1. & seqq.* Extra forum Saxonicum Spiræ nim. etiam à viribus rei judicatæ suspenditur Supplicatione. Differunt autem Appellatio & Supplicatio in eo, quod Appellatio remedium est ordinarium, supplicatio verò in scriptis extraordinarium, *Nov. 119. c. 5.* Ejusq; quoq; remedium, proprium tamen Camerae Imperialis, quo illa ex merâ gratiâ succurrit his, quibus adversus jacturam & læsionem suam alio beneficio subveniri non poterat, habetur. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 51. X Absch. zu Speyer. de Anno 57. J. wiewol ferner. Gail. lib. 1. obs. 154.* De justificatione Appellationum videatur *Vultej. in Jurispr. Rom. c. 32. lib. 2. p. 660. & seqq.*

XL. Ventilandum se nobis hic offert quæstio multum à Dd. agitata? *An Judex in judicando magis æquitatem & conscientiam sive scientiam, quàm jus scriptum observare cogatur?* Erit autem inter æquitatem affectuosam seu fucatam & fictam, (quæ duplex iniquitas est, *Thorning. decis. 16. n. 17. in fin.*) & inter æquitatem legalem, h. e. quæ ex ipsis legum visceribus & arte juris eruitur, aut, quæ à lege vel jure informata est, ut certa, infallibilis & constans de re, controversâ cognitio, quàm vel per *αὐτοψίαν*, vel alia si-

milia remedia firmissima habet, distinguendum. Ex
priori enim æquitate, dicente Castrensi, & capite suo pro-
nunciare velle non solum periculosum, sed etiam teme-
rarium est, & levitatis plenissimum. Quod verò ex po-
steriori æquitate pro diversitate personarum, rerum, tem-
poris & circumstantiarum judicari commodissime possit
ac debeat, testantur affirmativè præter Reinking. *in tr. de
Regim. sec. lib. 2. cl. 2. c. 12. n. 27.* ipse Baldus *in l. 1. C. de judic.
& Panorm. in c. ex parte. n. 12. in 3. notat. X. de Offic. Delegat. vid.
Ungewaur. Exercit. Justin. 16. q. 5. p. 574.* Jurant enim, se velle
secundum Leges & jura judicare. *Autb. jusjurandum. C. de
judic. Leges autem & jura præcipiunt, ut judex secundum
Acta & probata judicet, t. t. C. de probat. & Testib.* Nisi E-
tenim hoc ita esset, nihil certum & perpetuum in jure no-
stro esset, quibuslibet causarum statum in quamlibet ima-
ginariam æquitatem detorquentibus, *Zaf. 1. conf. 10. n. 35.*
Ideoque indubitato verum manet, judicem, Actis & pro-
batis neglectis, secundum suam conscientiam judican-
tem perjurum esse. Quantum ergo à jure scripto recedi-
mus, tantum ab æquitate recedimus, inquit *Cujac. consult.
38. in fin. & in quest. de æquitate,* & nisi inhæreamus juri scri-
pto, sub auctoritate juris & æquitaris perniciosè erramus.
l. si servum §. sequitur. ff. de verb. oblig. Lex namque erubescit
contra æquitatem statuere, *l. si quis in suo 33. §. legis. C. de in
offic. Testam.* imò ab æquitate divisa, q. corpus ex-sanguie
& exanime videtur. Quod ipsum fallit, si mens Legis-
latoris & verba adeò clara sint, ut & in emergenti facti
specie aliam ex æquitate interpretationem sine cavillatio-
ne non admittant, *text. in l. prospexit. 12. §. 1. ff. Qui & à quib.
manumiss. lib. non fiant.* Eo enim casu solus Princeps, vel is,
cujus est legem condere, inter æquitatem jusq; interpo-
situm decernit, *l. 1. C. de LL.* Judicem pronunciare debe-
re, prout religio suggerit, ostendit *l. eum. quem. 79. §. 1. ff.
de*


de judic. secundum id, quod sibi visum fuerit æquius, melius Auth. Hodie. C. de judic. ex animi sententiâ, l. testium. 3. §. ejusdem. 2. ff. de testibus. Et in facti quæstione secundum arbitrium suum. l. 1. §. 4. ff. ad Senat. Cons. Turpillian. it. non debet aliis credere, sed, si ratio exigit, ipse agrum & fines contemplari l. 8. §. 1. ff. fin. regund. In judicando æquitatem ante oculos habere, l. 4. §. 1. ff. de eo. quod cert. loco dari oport. cum veritate & legum observatione judicium disponere. l. rem. non novam 14. C. de judic. Quod Judex sequi conscientiam in judicando debeat, probatur ex Rescripto Innocentii IV. in quo vult Pontifex, judicem, qui secundum conscientiam non judicat, per annum ab officio removendum, atque in æstimationem parti læsæ condemnandum esse. Inde in Venatorio in analysi juris pontificii distingvitur: Aut est enim de causâ civ. & Judex propriam conscientiam in judicando sequi non debet, sed propter publicam judiciorum auctoritatem secundum allegatas à partibus probationes sententiam ferre debet. Aut est de criminali causâ, & rectius faciet Judex, si ex conscientia reum absolvat, vel in tantâ ambiguitate & discrimine rerum deponendo judicis officium, causâ alteri cognoscendam committat, Job. Andrea in adit. ad Speculat. tit. de divis. & all. Advoc. §. fin. Conscientiam amplius quod attinet, sciendum est, si forsan quid in quæstionibus Juris alicujus Judicis conscientia committitur, quòd is non conscientiam propriam, sed communem ac publicam. Instit. de Action. nec non Legibus munitam sequi debeat, Bald. in l. fin. C. de pæn. judic. Menoch. de arbitr. judic. cas. 8. n. 43. lib. 1. Nam vera conscientia in foro fori circa juris quæstiones merè civiles illa demum est, quæ ex fonte legum per ora Principium divinitus q. promulgatarum existit atque promanat, Afflict. decis. 232. n. 1. in fin. l. fin. C. de prescript. long. temp. Si scientia judicis

adspicitur, considerandum venit, cum simul testis & judicis partibus fungi nequaquam posse, *l. un. C. Ne quis in suâ caus. judicet, & c.* quæ duopariter in unâ personâ convenire non possunt, cum paria sint in jure planè non fieri, aut non rectè fieri. *l. quotiens 6. ff. qui satisd. cog. &* quòd contra LL. est, ipso jure nullum sit, *l. Non dubium. 5. C. de LL.* Adhæc, quicquid fit contra conscientiam, contra rei veritatem fit, & ad gehennam ædificat. *C. literas 13. de restit. Spoliat.* Quâ ratione verò Judex conscientiam suam liberare & purgare possit, quando scit, rem aliter se habere, quàm à litigantibus probatum est, hîc aliquis, & simul, an contra animi sui sententiam & rei gestæ veritatem judicare liceat, ancipitis est quæstionis. Hîc respondetur, quòd tutius faciet, si à judicando abstineat: Itaque depositâ interim personâ Judicis, personam assumet testis, quò veritas patefiat, ac ad majorem judicem causam judicandum rejiciet ex manu ductione legum & Dd. *l. cum quem. 79. §. ult. ff. de judic. l. 1. & 3. C. de relat. §. final. Nov. 82. de judic. Aliat. ad l. inter hæc verba. 179. de V. S. Hotoman. in illustr. quest. 4. 25. Cujac. lib. obs. 12. c. 19. & Covarr. lib. 1. var. resolut. c. 1.* qui tamen hanc cautelam in medio relinquit. Ex quibus omnibus undique apparet, Judicem secundum vera, non verò secundum falsa & abusivè sic dicta, Acta & probata, *l. is apud 2 C. de edend. t. t. ff. & C. de probat. & testib. Ungepaur. Exercit. 16. q. 5. p. 572. l. in donationibus. 31. C. de Donation.* non verò secundum conscientiam aut scientiam judicare debere. *l. illicitas. 6. §. Veritas. ff. de off. presid.*

XLI. Sententiæ qualitates in superioribus aliquantulum pro ratione materiæ discussæ sunt. Claudat dissertationem quæstio, an Judex sententiam mutare & rescindere possit? Et respondemus de Definitivâ, quòd non, ratio est, quia Judex latam post sententiam Definitivam, amplius Judex non est, & sic per consequens sententiam suam

suam (nisi latam diebus feriatis vel contra minores inde-
 fensos. l. si praeses. & l. si ut proponis. C. quomodo & quando jud.
 sent. prof. deb.) corrigere nequit. l. qui per collusionem. 49. §. 1.
 ff. de act. empt. & vend. l. quare. 54. ff. locati. l. 4. C. depositi. l. iudex. 55.
 ff. de re judic. Interlocutoria verò sententia revocari &
 emendari potest ab eo, qui eam tulit. Quia Judex, qui
 interlocutus est, iudex adhuc manet ad sententiam defi-
 nitivam usque. l. quod iussit. 14. l. Paulus. 42. l. acta. 45. l.
 cum quarebatur. 62. ff. de re judic. l. 1. C. quando provoc. non est ne-
 cesse. l. Divi. 27. ff. de poen. Hæc ergò impræsentiarum
 de Judicibus ac Judiciorum requisitis po-
 tuisse sufficiant.

**LAUS DEO! HONOR!
 ATQUE GLORIA!**



*Tantum possunt calamitates & miseriae adversus
 virtutem, quantum nebulae adversus Solem.*

Hat gleich der rolle Mars das Vater: Guch verzeht/
 Beliebter, und dadurch den Fürsaz ganz zerstört
 Zusamt dem blassen Neid, wird doch ein jeder inne/
 Daß Aristippen ihr an Tugendhaftem Sinne
 Und Mache wenig weicht. Von Circes Zauberey
 Muß schlechte Krautes Krafft Vlyssen halten frey
 Auf jener Schönen Raht. Euch hat des Krautes gleichen
 Die Göttin Themis selbst, der alle Nymphen weichen/
 Recht tröstlichen geschenckt, mit Nahmen die Gedult/
 Und euch entzwischen stets mit wahrer milder Zuld'
 erwünschtsehr beseeliget. Der Ausgang zeigt die Thaten.
 Es folgt nunmehr der Preis Sie, Sie hat wol gerathen;
 Drum röhret den Verzug! Was Jason ritterlich
 Vorlängst erobert hat, das findet heut' auch sich
 Am euer edles Haar, benebenst Herculs Lehre:
 Ein schönes Sterben ist des ganzen Lebens Ehre.

*Zu Jehna schreieb dieses wenige auf unveränders
 ucher guter Affection*

**Otto Wilhelm Königsmarck/
 Graff zu Westerwick.**



BERNHARDUS.

*Veniet Dies illa, in quâ plus valebunt pura corda,
quàm marsupia plena; Quoniam idem Judex ille non fal-
letur verbis, nec flectetur donis.*

RESPICE ergo FINEM!

Der Grosse Himmels. HERR/ als Allgemeiner Richter.
Wird zu gelegner Zeit seyn ein gerechter Schlichter
Den Richtern dieser Welt. Des Pabstes Würd' und Macht
wird sodann gelten nichts / wenn alles stammend tracht
Und üben Hauffen geht: Wenn Bullen und Decreten,
Wie thätlich sonst geschehn / nicht ferner werden tödten.
Das Silber/ Gold und Guth. Abt/ Bischoff / Cardinal/
Und alle Clerisey gehören in die Zahl/
Die Brheil leiden muß. Daselbst wird allegiren
Die Rep - Dup - Triplic auch zusamt dem excipiren
Nicht einem fruchten was. Der Känser starkes Rechte
Wird gar nichts nützen mehr. Es wird verworffen schlechte
Der Apostolsche Stuhl. Die Appellationen.
Sind krafftlos/ weil da ist kein ansehen / kein verschonen.
Wer Schuld hat / wird verdamt/ und darff man fragen nicht/
Warum die Procedur so schleinig wird verricht.
Der Herr selbst klagt und zeugt/ und richtet die Gewissen/
Die sich ganz ungeschert der Bosheit hier beflissen.
O möchte mancher jetzt erwegen/ wer er sey/
Und daß der Ausspruch einst gefalle rund und frey
Vor diesem Richterstuhl / er würde weißlich dencken/
Wie er vom Unrecht sich in zeiten möchte lencken /
Und geben gute Nacht der schnöden Eitelkeit;
Drum soll mein Kleinod stets in GOTT seyn Ewigkeit!

Zu sonderbahren Ehren und zur Bezeigung sei-
nes danckbarn Gemüthes/ an schuldigen
Glückwünschtes statt übersandte es ver-
sprochener massen auß Straßburg

Frank/ Freyherr von Welz.



99 A 6944

ULB Halle

3


002 822 598



Vb 17

Petro J





B.I.G.

Farbkarte #13



Disputatio Juridica Inauguralis, *B.138.*
 DE
JUDICIBUS *W.*
 EORUMQ; REQUISITIS
 AC OFFICIIS,

QUAM
 Diribitore Judice Aeterno ac Generali,
 SUFFRAGANTE
Magnifico Jctorum Ordine,
 PRÆSIDE

Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo VIRO,
DN. JOANNE POMERESCH,
 J. U. D. celeberrimo, & Prof. Pandect. Ordinario,
 Facultatis Spectabili h. t. Decano, Promotore atque Patro-
 no suo omni observantia cultu jugiter
 devenerando,

In florentissimâ Regiâ hâc Gryphorum Universitate
 PRO
 consequendis Summis utroq; in Jure
 Honoribus, privilegiis & immunitatibus,
 publicè & solemniter,

in Curiâ 22. Decembr. Anno 1659. ventilandam proposuit
MARTINUS Herzog/ Lipsiâ-Misnicus.

ISIDORUS.
*Qui hoc in seculo benè imperat, sine fine in perpetuum regnat, & de
 gloriâ evanescentis hujus mundi gloriam ad aeternam transmeat.*

GRYPHISWALDI,
 Typis Matthæi Doischeri Uniyers, Typographi.

